UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Preceptorium diuine legis venerabilis fratris Joha[n]nis Nider de ordine predicatorum

**Nider, Johannes**

**Nurnberge, 28.VII. 1496**

Capitula p[ri]mi precepti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31252

Visual Library

## Incipit prologus
in preceptorū diuine legis venerabilis patris. fratris Johannis Nider ſacre theologie ꝓfeſſoris ordinis predicatorum.

Decalogi legeꝫ ſacratiſſimā primū diuinitus ꝓthoplaſtorū inſertam cordibus. ⁊ denuo dei digito in tabulis exaratā lapideis. poſtremoqꝫ ꝑ incarnatū altiſſimi verbū ꝓpalatā xpicolis. vbi cuidā ait. Si vis ad vitā ingredi ſerua mādata. Hāc normā cūctoꝝ fideliū regulā iter ⁊ directoriū eſſe cōſiderans ⁊ fratrū mei ordinis qui predicatoꝝ eſt votis ſatiſfacere cupiens. ꝑ multorū tēpoꝝ curricula ex famoſoꝝ dictis diuine ſophie ꝑceptoꝝ tā ꝓ predicantiū q̄ꝫ ꝓ cōfeſſoꝝ debitis exercitijs particularia ⁊ ſpecialia dei ⁊ eccleſie mādata in vnū ꝑceptoriū colligere in ſequētib⁹ ſtudui. ſingula decalogi precepta ſubdiſtinguēdo ꝑ ſpālia capitula vt ita ꝑcepta paterēt cuiqꝫ lucidius. Pro q̄ labore mihi ꝑcor a lectore ſequētiū orōnem impartiri q̄tulā-cūqꝫ ꝑuulā vt eterne ſapie a qua cuncta bona ꝓcedūt ꝓ ꝑmio copulari in patria tandē merear Amen.

Explicit ꝓlog⁹. Incipit ꝑceptorium diuine legis. Cap. j.

Sunt igitur tria principaliter prenotāda preceptorū preambula. Primo q̄ſtricte de⁹ velit precepta ſua cuſtodiri. Scđo q̄ꝫ rationabile ſit deo in preceptis ſuis per obedientiam ſubijci. Tertio quomodo precepta habēt diſtingui. Circa ad primū illud docet ſcriptura multipliciter. Nam pro tranſgreſſiōe precepti vnius de nō edendo fructū vetitū primi parētes ⁊ tota poſteritas dānata eſt Geñ. iij. Item precepta iubent meditanda in domo. extra in via. dormiendo ⁊ vigilando Deutro. vj. Item primū preceptū per blaſphemiā quidam tranſgrediens a deo iubetur extra caſtra ab omnibus lapidari Leuitici. xxiiij. Item quidaꝫ modica ligna ſabbato colligens ſimiliter lapidatur Numeri. xv. Item Saul ſm ſonum littere contra dei preceptū ſeruans victimanda de regno eijcitur ⁊ a demone poſſidetur. j. Regū. xvj. Item oza archam contra domini preceptū tangens ſubitanee a deo occiditur. ij. Regum. vj. Itē propheta bon⁹ cōtra dei preceptū manducans paterno ſepulcro priuatur ⁊ vita. iij. Reg. xiij. Que tria exempla ſunt cōtra excuſantes ſe in tranſgreſſione dei preceptorū vt inquiunt per intentionē bonā. Ideo dicit pſalmiſta. Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis. id eſt. valde.

Quo ad ſecundū ad ſeruanduꝫ dei mandata. ſeptem nos inducere debēt Primo ſumma autoritas dei precipientis q̄ habet in nos vniuerſaleꝫ plenum dominiū. tum quia creauit tum quia regit ſeu gubernat cūcta. Ad talem aūt principem ꝑtinet condere leges nobis. ⁊ nos obedire ſibi ⁊ honorare. corde. verbo ⁊ factis. Ideo preceptis frequenter premittit Exodi. xx. Ego domin⁹ deus tuus. Secūdo ad idem nos debet inducere immēſa dei dignitas ⁊ maieſtas quam habet per potentiā. eminentiā. pulcritudinem. et alia ſua propria. propter que merito deberemus eū reuereri ⁊ ei obedire ⁊ eū honorare. Magnū eñ eſt non obedire prelato minori. maius ſuperiori. ſed maximum infinite dignitatis principi. vt ꝑ ſi͛le pꝫ in policia hūana. Tertio ꝑceptoꝝ rōnabilitas. tū qꝛ ꝓcedūt a ſapiētiſſimo. tū qꝛ ſūt oīa ſm dictamē recte rōnis naturalis. et decla-

rak in.iij.li.ſen.diſ.xxxvij. Jo Roma.
.vij.dr. Mandatū ſcm̄ iuſtū ⁊ bonū.
C Quarto preceptoꝝ maxia vtilitas.qꝛ
quintuplex. Nā bona eccl'ie ꝓpria fa-
cit obſuatio mādatorum.ſm illō ps.
Participē me fac de⁹ oim̄ timētiū te
⁊ cuſtodientiū mādata tua. Totū ho-
minē rectificat Ecc.xv. Dedit de⁹ hoi
mādata.q̄ ſi ſeruaret. ſeruarēt eū.ſ.in
iuſticia ⁊ equitate.⁊ rectitudine. Ami
cuz dei cōſtituit. Joh.xv. Vos amici
mei eſtis ſi feceritis q̄ precipio vobis.
Manſionē trinitatis ſacratiſſime effi
cit. Joh.xiiij. Si q̄s diligit me ⁊ pater
me⁹ diliget eū ⁊ ad eū veniem⁹ ⁊ man
ſionē apud eū faciem⁹. Ad vitā eternā
ducit.qꝛ ſi vis ad vitā ingredi ſerua mā-
data Mat.xix. Sz aduerte q̄ oportet
oia ſuare.qꝛ dr Jaco.ij. Si q̄s in vno
offenderit.fact⁹ eſt oim̄ re⁹. ſic vicz q̄
qui in vno pctō mortali deū offendit.
inimicus dei cōſtituitur. ⁊ ſi ſic dece-
dit eternaliter damnabitur.non tamē
tāta pena quanta ille q̄ in multis p̄ce
ptis trāſgreſſor repit. Pudor eſt certe
pro tpali precio tam prompte ſeruire
hoi.⁊ deo ꝓ mercede eterna tam ſegnit
obſequi. Quīto ad ſeruādū dei p̄ce
D pta mouere dꝫ maloꝝ multiplicitas.
quā incurrūt dei p̄cepta nō ſeruantes
Nā aufert hoi ſeipm̄. Tum qꝛ in ſui-
tutē diaboli redigit.quia ois qui facit
pctm̄ ſeruus eſt peccati Jo.viij. Tum
etiā qꝛ melius eēt hoi iſti ſi nat⁹ nō fu
iſſet ſi ſic morit. Aufert hoi oia bona
opa.qꝛ ſi charitatē non habuero nihil
ſum dicit apl's.j.ad Cor.xiij. Aufert
etiā fraternitatē eccl'ie quā credim⁹ in
articulo ſanctoꝝ cōmunionē. De qua
ps. Participē me fac de⁹ oim̄ timen-
tiū te.vt predictū eſt. Aufert ſocietatē
ſanctoꝝ in pr̄ia ⁊ vitā eternā. De qua
apl's ad Gal.v.enumeratis p̄ceptoꝝ
trāſgreſſionibus ſic cōcludit. Qui ta-
lia agunt regnū dei non poſſidebunt.

Sexto nos mouere debet bn̄ficioꝝ
diuinorū magnitudo ⁊ multitudo in
tolerādo mala nr̄a vt peniteam⁹ dan-
do euchariſtiā ⁊ ſacra vt ſanemur. vo
cando nos varie vt reſurgamus.cuſto
diendo ne moriamur. ⁊ vitā eternam
promittendo.ne deſperemus.vnde ſi
tot bn̄ficiis ingrati fuerim⁹. grauius
peccamus. Cui⁹ exemplū habemus
Matt.xviij.i ſeruo cui debita dimiſſa
fuerāt.qui alteri dimittere noluit. Et
Matt.xxv.de ſeruo nequā.qui dn̄i ta
lentū abſcondit. Septimo mouere dꝫ E
mādatoꝝ poſſibilitas. Nā leue ē man
data dei ſeruare. Matth.xj. Jugū em̄
meū ſuaue eſt.⁊ onus meū leue. Et.j.
Joh.v. Mandata ei⁹ grauia nō ſunt.
Et Hiero.in expoſitiōe fidei catholi.
Anathema ſit inquit q̄ dicit deū ali-
quid nob p̄cepiſſe ⁊ hoiē implere illō
nō poſſe. Ratio leuitatis ē quintu-
plex. Nā leuia facit primo charitas q̄
oia ſuffert.oia ſuſtinet.ſm aplm̄.j. ad
Cor.xiij. Vn̄ puus in charitate labo
rat p̄ceptis parēdo. De quib⁹ Matt.
.vij. Arta ē via q ducit ad vitā. Et ps
dicit. Propter verba labioꝝ tuoꝝ ego
cuſtodiui vias duras.ſꝫ magn⁹ in cha
ritate viam mādatoꝝ currit.dicēte ps
Viā mādatoꝝ tuoꝝ cucurri. cū dila-
taſti cor meū.ſ.in charitate. Scd̄o qꝛ
natura ad mādatoꝝ obſeruatōeꝫ incli
nat. Oia em̄ bona appetūt.p̄ ethicoꝝ
Tertio qꝛ p̄miū maximū ꝓmittit qō
oculus n̄ vidit de⁹ abs te q̄ preparaſti
expectantib⁹ te. Eſa.lxiiij. Quarto qꝛ
coadiutor ē xp̄s qui ſm aplm̄ opatur
in nobis velle ⁊ ꝑficere ꝓ bona volūta
te. Phi.ij. Quīto qꝛ iuuāt nos vtutes
infuſe.angelus nr̄.orō eccl'ie ſacramē-
ta ⁊ mīra ſilia. Via aūt vitioꝝ in ſe F
viceuerſa ꝓpter quinqꝫ dura eſt. Prio
propter iuſticiā dei q̄ nō ſinit hic pcm̄
impunitū. Vn̄ Aug⁹.j.ꝯfeſſ. Juſſiſti
dn̄e ⁊ ita eſt vt pena ſit ſibi ois anim⁹

inordinatus. Secundo q2 eſt contra
naturā.eo ꝙ ꝯtra rationē. Vñ.ij.eth.
in diffinitione virtutis dicit͛ eſſe deter
minata ratione ꝓut ſapiens determi
nabit. Tertio q2 eternū ſuppliciū me
ret͛ xp̄i qð vitioſis Matt.xxv. iudex
dicet Diſcedite a me maledicti i ignē
eternū. Quarto q2 vicia ſibi cōtrariā
tur.puta ꝓdigalitas auaricie.⁊ ſic de
aliis vt dic̄ ph̄s.iiij.ethi. Quinto.q2
viā viciorum non adiuuāt ſancti angeli
nec deus qui neſcit patrociniū p̄ſtare
criminibus. Sed quid facit vicia dul
cia. Reſpoſio.ꝙ quinqꝫ. Corpus aīa
le.habitus radicati. multitudo delin
quentiū. ſuaſus inimicorum.⁊ affectus
tepidus ad ardua. De primo dr̄ Gal.
.v. Caro concupiſcit aduerſus ſpm̄.⁊
ſpūs aduerſus carnē. Et iterum. Mani
feſta ſunt opa carnis q̄ ſūt fornicatio.
immūdicia.luxuria ⁊c̄. De radicatis
habitib9 malis dic̄ ph̄s.ij.ethi.ꝙ ꝓm
pte et delectabilit͛ faciūt vicia opari a
quib9 difficile ē recedere. Vñ Hiere.
.xiij. Si ethiops pōt mutare pellem
ſuā aut pardus varietates ſuas.⁊ vos
poteritis bñfacere cū didiceritꝭ malū
De tertio videlꝫ de mlt'itudine delin-
quentiū.patet in ps.dicente. Cū ſctō
ſanct9 eris.⁊ cū ꝑuerſo ꝑuerterꝭ. Hic
eſt ꝙ petr9 inter xp̄i diſcip'los manēs
ſctūs fuit.ſꝫ cū in turba populariū fu
it.ter xp̄m negauit. De quarto videlꝫ
de ſuaſu inimicorum dicit ap'ls.ij.Cor.
.xi. Ipſe ſathanas trāſfigurat ſe in an
gelū lucis.ſic̄ fecit xp̄o Matt.iiij.di-
cens. Si fili9 dei es dic vt lapides iſti
panes fiant. De quinto videlꝫ affectu
tepido ⁊ ſenſualitate remurmurāte ait
xp̄us Matt.xxvj. Spūs quidē ꝓm
ptus eſt:caro aūt infirma. Quātū
aūt ad tertium de diſtinctione prece-
ptorū notandū ſm̄ ſctm̄ Tho. prima
.ij.q.xcj.ꝙ lex quintuplex ē. Vna ge
neralis quā deus naturaliter cuilibet
indidit rei. vt ſuo creatori obediret.
Hāc legē nulla creatura trāgredit͛ ir-
rationalis.nā celuꝫ q̄tidie circuīt. De
q̄ in ps. Statuit ea ineternū ⁊ in ſecu
luꝫ ſeculi.p̄ceptū poſuit ⁊ nō p̄teribit
Quatuor elemēta ⁊ aues iura ſua na
turalia ſeruāt et alia ſilr̄ naturalia.
Scða lex eſt nature. De q̄ Roma.ij.
Gētes q̄ legē nō hñt.naturaliter ea q̄
legis ſūt faciūt. Hec dictat v̄tutes eē
faciēdas:vicia fugiēda. Que volum9
vt faciāt nob̄ hoies:eadē eis faciam9.
Et ſilr̄ de dimiſſiōe. Vñ Mat.vij.ait
ſaluator. Oia q̄cunqꝫ vultis vt faciāt
vobis hoies et vos facite illis. Hec ē
em̄ lex ⁊ ꝓphe. Lex hec etiā ad felicita
tem naturalē ꝑ v̄tutes morales docet
venire.vt patuit in phis. Tertia ē lex
hūana ciuilis: quā p̄lati ſeculares ſta
tuunt. De q̄ Prouerb.viij. Per me
reges regnāt.⁊ legum ꝯditores iuſta
decernūt. Quarta hūana eccl'iaſtica
ꝑ ap'licos.⁊ ꝯcilia ac dioceſanos ⁊ ſu-
ꝑiores ſpūales tradita. De q̄ decreto
rū ⁊ decretaliū libri pleni ſunt. Quin
ta diuina principalit͛ in decalogo con
tenta. De q̄ vbi thema. He leges oēs
tunc recte ſunt cū ab et͛na lege.i.a di-
uina rōne oia rite p̄cōcipiēte deriuan
tur dirigunt͛ ⁊ mouent͛. ſm Tho.ibi-
dem. In decalogo itaqꝫ Exo.xx.ds
hoib9 ꝓuidit.vt dic̄ ſctūs Tho.ibidē
.q.c. ſicut p̄nceps reipublice ꝓuide-
re dꝫ.ad quē ſpectat tria ꝓuidere i ſb-
ditis. Primo quō ſe bñ habeāt ad ſu
periorē. Scðo quō ſe bñ ha beāt infe-
riores ad ſe mutuo. Tertio quō q̄ſqꝫ
ſit intra ſe bñ ordinatus. Scðm hec
igit͛ principalit͛. p̄mo neceſſaria ſunt
p̄cepta ordināntia ſubditos debite ad
p̄ncipē ſuū. Primo ſic ꝙ fidelit͛ obe-
diat͛ ei ⁊ ꝯtēnant͛ inimici p̄ncipis.qð
deo facim9 colēdo eū ñ demonia. Se
cūdo ſicvt honoret͛ caute.ita ꝙ ore nō
inuanū nomē eius aſſumat͛. Tertio

ꝙ obſequijs certo die honoreꝶ. Secū
do neceſſaria ſunt precepta pacē inter
famulos adinuicē cōſeruantia. Pri-
mo ſic ꝙ ꝓpinqs ſubueniamꝰ hono-
rādo ꝑentes. Scd́o vt ꝓximū corꝑe fa
ctis ñ ledamꝰ ꝑ occiſionē. Tertio nec
in ꝑſona cōiūcta. puta vxore vel filia.
Quarto nec in rebꝰ ꝑ furtū. Quīto
non verbo ꝑ falſuꝫ teſtimoniū. Tertio
neceſſariū eſt vt qſqꝫ vel famulus in-
tra ſe pacifice regaꝶ. qd́ regimē nullꝰ
ꝑnceps deo dēpto facē pōt. qꝛ interio
ra nō videt. Ideo volūtas duobꝰ vlti
mis ꝑceptis ꝯpeſciꝶ. ne cupiamꝰ vxo
rē ꝓximi. nec res eiꝰ. Et ſic ſatiſfecit ꝑ
cepto triplicis dilectionis. ſ. dei ꝑ tria.
ꝓximi ꝑ qnqꝫ. ⁊ ſui ꝑ vltia duo. Deus
eñ Math. xxij. tria i genere ꝑcipit. vi
delicet ſui dilectionē dicēdo. Diliges
dñm deū tuū ex toto corde tuo. dile-
ctionē ꝓximi. ibi Et ꝓximū tuū. Dile
ctionē ſui. ibi Sic te. i. ſicut te debes
diligere. Ingrediēdo igiꝶ decalogū
notanduꝫ ꝑmo ſꝫm Tho. ꝑma. ij. q. c.
ꝙ decalogus tanqꝫ capitalia qdā ꝑce
cepta cōtinet oia precepta alia videlꝫ
legis naturaꝉ ⁊ q ſcriptura ⁊ ſapiētes
alij tradiderūt. Scd́o notandū ꝙ qdā
ꝑcepta ſꝫm eundē ibidē ſunt affirma-
tiua. vt illa duo. Sabbata ſanctifices.
Habeas in honore parētes. Alia aūt
negatiua. vt oia alia octo ſꝫm eū. Ali-
qd́ tñ ſꝫm Bonauen. in. iij. diſ. xxxvij.
eſt plus affirmatiuū qꝫ negatiuuꝫ. vt
primū ꝑceptū. Affirmatiua ſꝑ ligant
non pro ſꝑ. i. nō ꝓ oi tꝑe ⁊ hora. Ne-
gatiua vtroqꝫ mō. Tertio notandū. ꝙ
ſꝫm Joſephū qnqꝫ ꝑcepta erāt in vna
tabula. prima videlicet qnqꝫ. alia qnqꝫ
erāt in alia tabula. ſed qꝛ due tabule
erant cōtinētes totū decalogū. ſignifi
cabāt ꝙ duo madata. ſ. dilectionis dei
⁊ ꝓximi cōtinerēt totū decalogū. Jō
ſꝫm Aug. ſcd́ndo ſignatū nō lrām pri
ma tabula ꝯtinebat tria ꝑcepta ꝑma
deo ſeruiētia. ſecūda cōtinebat alia ſe
ptem ad ꝓximuꝫ ꝑtinētia. Eſt itaqꝫ
primū mādatū. Exo. xx. ſic poſitum.
Ego ſum dñs ds tuꝰ q eduxi te de ter
ra egipti de domo ſuitutis. Nō habe
bis deos alienos corā me. Nō facies
tibi ſculptile neqꝫ oēꝫ ſilitudinē q ē in
celo deſuꝑ. ⁊ q in terra deorſuꝫ. nec eo
rū q ſunt i aqs ſub terra. Nō adorabis
ea neqꝫ coles. Hoc ꝑceptū parti ē af-
firmatiuū. videlicet. Ego ſuꝫ dñs deꝰ
tuꝰ ⁊ reſiduū eſt negatiuū. Dñs xp̄us
exponit Math. iiij. hoc ꝑceptū dicēs
Dñm deū tuū adorabꝭ ⁊ illi ſoli ſuies
ſcꝫ cultu latrie. Nā ſꝫm Hiero. in pri-
ma parte ꝑcipiꝶ cultus latrie. i. honor
deo debitꝰ. Preceptū igiꝶ primū ꝯti-
netꝰ plura ꝑcepta ꝑticularia q in vigi-
tiduobus capꝉis ſequētibꝰ recitabun
tur. Quedā affirmatiua ⁊ qdaꝫ nega
tiua. Cuꝫ eñ a dño deo habeamꝰ tria
aiam. corpus ⁊ res. iuſtiſſimū eſt vt ei
ſeruiamꝰ iſtis ⁊ deuꝫ ſic colamꝰ. Sed
ſꝫm Auguſ. in enchiridiō. deus coliꝶ
optime fide. ſpe ⁊ charitate. qbus aia
deum colimꝰ. Secūdo debemꝰ cole-
re corꝑe ꝑ orōnē. Tertio rebus ꝑ obla
tionem decimā. ⁊ ſilibus. Alia ꝑs ꝑ-
cepti ē negatiua tripꝉr. Fuerūt eñ q-
dam q coluerūt plures deos ſine in-
ſtitutione imaginū. videlicet ſolem ⁊
lunam ⁊ ſiľia. cōtra qs diciꝶ. Non ha
bebis deos alienos. Alij coluerūt ſub
imaginibꝰ plures deos ꝑfatos. Cōtra
qs dr̄. Nō facies tibi ſculptile ⁊c̄. non
tñ tales coluerūt imagines. ſꝫ imagina
ta. ſic nos hodie vnū deuꝫ. Alij ipas
imagies adorauerūt. ⁊ aliqd diuini eis
attribuerūt. Cōtra qs cōcludiꝶ. Nō ad
orabꝭ ea neqꝫ coles. vñ ois ſuꝑſtitio i h
pūcto ꝓhibeꝶ. Itē hic ꝓhibenꝶ qdaꝫ
capitalia vitia ꝓut ſunt mortalia. Pri
mo ſuꝑbia. Nam dicit Tho. ſcd́a. ij. q.
. clxij. arti. v. ꝙ humilitas ꝓprie reſpiciꞇ
ſubiectionē hoīs ad deum ⁊ ecōuerſo

ſuperbia defectum huius ſubiectiōis
ſm ſcʒ ꝙ aliq̇s extollit ſe ſup id qḋ eſt
ſibi pſtitū ſm diuinā regulā vel mēſu-
ram q̄ mēſus ē nobis deus. Vñ Ecc.
.x. Supbia hois eſt apoſtatare a deo
Vbi etiaʒ inobedientia notaꝛ. Scḋo
prohibetꝛ hic accidia quam tedet diui
ni obſequij.

## Capitulum. II.

Circa primū preceptum parti
culare vicʒ de tenenda vera fi-
de q̄ ſub precepto cadit Mar.
vlti. Qui crediderit ⁊ baptizat⁹ fue-
rit ſaluus erit. qui vo nō crediderit cō
demnabiꝛ. Tria pncipaliter ponenꝛ.
Primo q̄ ⁊ quot credēda ſint ſimpli-
ci xpiano. id eſt. nō habēti curā aiarū.
nec officiū docēdi publice ſcripturaʒ
ſacraʒ. Scḋo quomō ⁊ q̄liter credere
debeam⁹ credēda. Tertio quottupli-
ces hoies pceptū hoc tranſgrediant.
A Q̄tū ad primū notāduʒ ſm Tho.
ſcḋa. ij. q. ij. arti. viij. ⁊ ſm alios docto-
res. ꝙ cuilibet ſimplici ſufficit ad ſa-
lutē credere explicite ea que ꝯtinētur
in ſymbolo aploꝝ. Et qꝛ ibi articuli
cōmunes cōtinenꝛ ordinate breuiter
⁊ vtiliter. Idcirco ſtatuit eccleſia taleſ
eē credēdos a ſingulis ⁊ addiſcēdos
eē. Et ſunt numero duodecim articu
li ꝯſiderādo auctores eorū qui fuerūt
duodecim apli. Sed diſtinguēdo ſm
credita ſunt q̄ttuordecim. ſ. ſepteʒ de
diuinitate. ⁊ ſepteʒ de hūanitate. qꝛ fi-
des videt ea in q̄bus felicitabimur. eſt
aūt vita eterna vt dicitꝛ per xp̄m Ioh.
.xvij. vt cog̃ſcant te ſolū verū deum. ⁊
quē miſiſti Ieſum xp̄m. Prim⁹ igiꝛ
articulus reſpicit vnitatē diuine eſſen
tie. Secundus patrē. Tertius filium.
Quartus ſpm̄ſanctuʒ. Tres alij con-
cernunt opationē dei ad extra quo ad
triplex opus. Primū nature. ibi Cre-
atorē celi ⁊ terre. Secundū opus eſt
grē. Credo eccleſiā ſactā catholicam.
ſanctoꝝ cōmunionē. remiſſionē pec-
catoꝝ. Et ſub his ꝯtinenꝛ oīa ſacra-
mēta. Tertiū glorie Carnis reſurrecti
onē. ⁊ vitā eternā amen. Septē de hu
manitate ſunt. Prim⁹ Cōcept⁹ de ſpi
ritu ſancto. Secundus Nat⁹ ex Ma
ria virgine. Terti⁹ Paſſus crucifixus
mortuus ⁊ ſepultus. Quart⁹ Deſcen
dit ad inferna ſm animā. Quint⁹ Re
ſurrexit a mortuis. Sext⁹ Aſcēdit ad
celos ſedet ad dexteraʒ dei pr̄is oipo-
tentis. Septim⁹ Inde ventur⁹ eſt iu-
dicare viuos ⁊ mortuos. Hos arti- B
culos ſic ſcire ordinate. ſic diſtingue-
re ⁊ enumerare. nō eſt neceſſariū cuili-
bet ſimplici fideli. ſed ſufficit ⁊ exigiꝛ
primo ꝙ credat. intelligat ⁊ aſſentiat
in genere ⁊ implicite oībus q̄ credit ec
cleſia catholica. ⁊ ꝙ nulli articulo ex-
plicite diſſentiat. Et ſic ſimplices oīa
credūt licet implicite ſolū. q̄ maiores
credūt. in q̄tū maiores adherēt doctri
ne diuie. Sic em̄ ſm Greg. ſup Iob
.j. Boues arabāt. ⁊ aſine. i. ſimplices
paſcunꝛ iuxta eos. Vñ apl's. j. Corin.
.iiij. Imitatores mei eſtote ſicut ⁊ ego
xpi. Scḋo exigitur ꝙ q̇s in ſpecie co-
gnoſcat illos articulos ⁊ explicite ſeu
iſta de quib⁹ feſtiuaꝛ in eccl'ia in feſtis
principalib⁹ anni. Vñ dicit Tho. vbi
pri⁹ arti. vij. Poſt tēpus grē reuelate
tam maiores q̄ʒ minores tenenꝛ habe
re fidē explicitā de xpi myſterijs. pci-
pue q̄tū ad ea q̄ cōiter in eccl'ia ſolen
nizanꝛ ⁊ publice ꝓponuntur ſicut ſunt
articuli incarnatōis vt ſupra. Et quia
vt dicit Tho. vbi ſupra. arti. viij. My-
ſteriuʒ xpi explicite fidei credi nō pōt
ſine fide trinitatis. q̄ in myſterio xpi
hic cōtinetꝛ. vtputa ꝙ filius dei carneʒ
aſſumpſerit. ⁊ p grām ſpūſſancti mū-
dum renouauerit. Et iterū de ſpūſan
cto conceptus fuerit. iō poſt tpus grē
diuulgate tenenꝛ oēs ad explicite cre
dēdum myſteriū trinitatis. Et ēt oēs

eſt qñ fides cordis in opus exuberat
p opa bona ex fide ꝓcedētia. Signuꝫ
vo parue fidei ē. qñ modicū redūdat
in virtutuꝫ exercitia. Illa vtiqꝫ quibꝰ
in ſpeciali p fidē eſt aſſentiēdū cōpre-
hendunt i articulo ſymboli. vt ſupra
b patuit. ¶ Scdo etiā exigit ꝙ qs inter
dum fidem ꝓfiteat ore. Vñ Rom. x.
Corde credit ad iuſticiā. ore aūt ꝯfeſſio
fit ad ſalutē. Vbi ſm glo. Corde cre-
dere ſufficit ad iuſtificatōnē. ſꝫ oris cō
feſſio exigit cū qs in martyrio ꝺ fide
querit qꝺ martyriū mlti fugerūt corde
credētes. ſꝫ ore dānabilit̄ vitarē negā-
tes. Unde Luc. ix. Xps ait. Qui me
erubuerit ⁊ meos ſmones. hūc filius
hoīs erubeſcet cuꝫ venerit i maieſtate
ſua. Et Matt. x. Qui me ꝯfeſſus fue
rit. ꝯfitebor ⁊ ego eū corā patre meo.
Dicit aūt Tho. ſcda. ij. q. iij. ar. ij. Cōfeſ-
ſio fidei ē p̄ceptū affirmatiuū: iō licet
ſemp liget. nō tñ p ſemp. ſꝫ eſt neceſſa
ria ad ſaluteꝫ in aliq̄ loco ⁊ tpe. qñ ſcꝫ
p omiſſionē huiꝰ confeſſionis ſubtra-
heret honor debitus deo. vel etiā vti-
litas ꝓximis impēdenda. puta ſi ali-
quis interrogatꝰ de fide taceret: ⁊ ex
hoc crederet vel ꝙ non haberet fideꝫ.
vel ꝙ fides nō eſſet vera: vl̄ alij p eius
taciturnitatē auerterent a fide. In hu
iuſmodi enim caſibus cōfeſſio fidei ē
de neceſſitate ſalutis. Itē dicit ibi i ca
ſu neceſſitatis. vbi fides piclitat̄ qui-
libet tenet̄ fidem ſuam ꝓpalare vl̄ ad
inſtructionē alioꝝ fideliū. ſiue cōfir-
mationē. vl̄ ad rep̄mendū ifideliū in
ſultationē. Si tñ turbatio ifideliū ori
ret̄ de ꝯfeſſione fidei manifeſta abſqꝫ
vtilitate fidei vel fideliū. nō eſſet lau-
dabile in tali caſu fidē publice ꝯfiteri
Unde Matt. vij. Nolite ſanctū dare
canibꝰ. neqꝫ margaritas ſpargite āte
porcos. ne cōuerſi dirūpāt vos. Sed
ſi vtilitas aliqua fidei ſperet̄: aut ne-
ceſſitas aſſit. contempta turbatiōe in-
fideliū debet hō fidem publice cōfite-
ri. ſm illud Matth. xv. Sinite illos
ſcꝫ turbari. ceci ſunt ⁊ duces cecoꝝ. ſꝫ
ibi. Sed quereres. Tenet̄ ne aliqs I
ſub p̄cepto martyriū ſubire ꝓpt̄ xp̄m
Reſpondet Tho. qꝺli. iiij. q. x. arti. ix.
Illud qꝺ hic querit̄ nō cadit abſolu-
te ſub p̄cepto. i. non eſt p̄ceptuꝫ abſo-
lute. ſicut honorare parentes. ſꝫ cadit
ſub p̄cepto ſm prep̄ationeꝫ animi. id
eſt. in caſu. ſic ſcꝫ ꝙ hō habeat animū
p̄paratū ad faciendū illud qꝺ debitū
reddit̄ ex aliq̄ cā occurrēte. Cū enim
opus eſſet ⁊ hoc exigeret ſalus alioꝝ
homo debet eſſe paratꝰ ad hoc faciē
dum. Per hunc nanqꝫ modū ſuſtine
re martyriū ꝓpter xp̄m cadit ſub p̄ce-
pto. quia. ſ. homo debet hr̄e animum
paratum vt prius p̄mitteret ſe occidi
q̄ꝫ xp̄m negaret vel mortaliter pecca-
ret. Et ſic etiam relinq̄re ꝓpria bona
cadit ſub p̄cepto. quia deberet eſſe pa
ratus animus chriſtiani magis ſuſti-
nere rapinā bonoꝝ ſuoꝝ q̄ꝫ xp̄m nega
re. vel mortaliter peccare. De hoc tñ
multū ſecum cogitare ⁊ ad particula
ria deſcendere an hō potius vellet ta
li vel tali horribili morte plecti q̄ꝫ fidē
negare vel mortaliter peccare. cauere
debent ſimplices. p̄ſertim ne ſeipſos
cogitādo vel alloq̄ndo teptēt. Suffic
eñ in genere de h̄ habere bonū ꝓpo-
ſitum. ⁊ ſperare in dei grāꝫ ꝙ bñ actu
ri eſſent ſi neceſſitas adueniret. In ne
ceſſitatis eñ articulo mlti priꝰ etiā in
fide exigui repti ſunt diuino aſſiſtēte
auxilio martyriū aīoſiſſime toleraſſe.
Vñ Tho. qꝺli. j. q. viij. dicit. Cōtritꝰ
tenet̄ in generali velle pati magis q̄ꝫ
cūqꝫ penaꝫ q̄ꝫ peccare. Iō Anſhelmꝰ
libro de ſilitudinibꝰ dicit. ꝙ aliqs dꝫ
magis eligē eē in iferno ſine culpa q̄ꝫ
in paradiſo cū culpa. qr innocēs i ifer
no nō ſentiret penā. ⁊ pctōr in p̄adiſo
nō gauderet de glīa. Et qr ꝯtritio nō

pōt eē ſine charitate ꝑ quā oīa dimit-
tunť pctā Ex charitate em̄ plus hō di
ligit deū ꝙ̄ ſeipm̄. peccare aūt eſt face
re ꝯ deū. puniri aūt eſt aliq̄d pati ꝯtra
ſeipm̄. Vn̄ charitas h̄ reqrit vt quāli
bet penā homo ꝯtritus ꝑeligat culpe
Sed in ſpeciali deſcendē ad hāc penā
vel ad iſtam nō teneť. quimo ſtulte fa
ceret ſiquis ſeipm̄ vel alium ſollicita
ret ſup hmōi ꝑticularibꝰ penis. Ma-
nifeſtū eſt em̄ ꝙ ſicut delectabilia plꝰ
mouēt in ꝑticulari cōſiderata ꝙ̄ i cōi.
Ita terribilia plus terrent ſi in ꝑticu
lari conſiderenť. Et aliq̄ ſunt q̄ in mi-
nori temptatione nō cadunt q̄ forte i
maiori caderent. Sicut aliq̄s audiens
adulteriū nō incitať ad libidinē. ſʒ ſi ꝑ
cōſiderationē deſcēdat ad ſingulares
illecebras magis moueret. Et ſil'r ali-
quis non refugeret pati mortē ꝓ chri-
ſto. ſʒ ſi ꝑ cōſiderationē deſcēderet ad
conſiderandū ſingulas penas magis
retraheret. ⁊ ideo deſcēdere in talibꝰ
ad ſingularia ē inducere hoīem in tē-
tationē ⁊ prebere occaſionē peccandi
hec Tho. Vtrum autē quis poſſit
effici martyr ſine morte. Reſpondeť
ꝙ ſic ſex modis. De tribꝰ dicit Bern.
Triplex eſt martyriū ſine ſanguine. ſ.
parcitas in vbertate. quā habuit Da
uid. Largitas in paupertate. quā exhi-
buit Tobias ⁊ vidua. Et caſtitas in iu
uentute. q̄ vſus eſt Joſeph in egypto
Scdm̄ Grego. etiā triplex eſt. vide-
licet patiētia aduerſoꝝ. vnde dic. Si-
ne ferro martyres eē poſſumus ſi pa-
tientiam veraciter in aīo cuſtodimꝰ
Compaſſio afflictoꝝ. Vn̄ dicit Qis
qui dolorē exhibet in aliena neceſſita
te crucē portat in mente. Dilectio ini
micoꝝ. vn̄ dic. Ferre ꝯtumelias. odi-
entē diligere. martyriū ē in occulta co
gitatiōe. Sed querit. an habēs cha
ritatē impfectam poſſit ſuſtinere mar
tyrium. Hāc queſtionē mouet ſanctꝰ
doctor q̄dli. iiij. q. xxij. ſub hac forma
Vtrum aliq̄s abſq̄ ꝑfecta charitate
poſſit ſe ad martyriū offerre. Reſpon
det. In opibus virtutū duo ſunt attē
denda. ſcilicet illud quod fit. ⁊ modus
faciendi. Contingit aūt idem factum
quod fit ſm̄ aliquā perfectā charita-
tem fieri etiā non ſolum ab habente
paruā charitatē. ſed etiā a non haben
te virtutem. Sicut aliquis nō habēs
iuſticiam poteſt facere aliqđ opus iu
ſtum. ſʒ ſi attendimus ad modum fa-
ciendi is qui non habet virtutē nō po
teſt operari ſicut ille qui habet. nec il-
le qui habet paruam ſicut ille qui ha
bet magnā qui operať faciliter ⁊ ꝓm
pte ⁊ delectabiliť. qđ non facit ille qui
caret virtute vl' qui paruā habet. Sic
ergo dicendū ē ꝙ hoc opus qđ eſt of-
ferre ſe martyrio. vl' etiā martyriū ſuf
ferre pōt facē nō ſolū charitas ꝑfecta
Iux illud Joh. xv. Maiorē charitatē
nemo hʒ vt aīam ſuā ponat q̄s ꝓ ami
cis ſuis. ſʒ etiā impfecta charitas. vn̄
glo. ſup illud pſ̄. Dilexi mādata tua
ſup aurꝝ topazion dic. Minima cha
ritas plus diligit dei legē ꝙ̄ milia au-
ri ⁊ argēti. ⁊ eadē rōne ꝙ̄ oīa tpalia Et
qđ plus ē ille q̄ caret charitate ſe offer
re pōt martyrio ⁊ ſufferre. ſm̄ illud. j.
Coꝝ. xiij. Si tradidero corpꝰ meū ita
vt ardeā. charitatē aūt nō habeā nihil
m̄ ꝓdeſt. Sʒ charitas ꝑfecta hoc facit
ꝓmpte ⁊ delectabiliť. vt pʒ ď Laurē-
tio ⁊ Vincētio q̄ in tormētis hilarita
tē oñderūt. Hoc aūt nō pt facere cha
ritas impfecta. vel etiā ille qui chari-
tate caret. h̄ Tho. Sʒ an expediat im
ꝑfecto ſe ſbijcere ſpōte martyrio. Rň
deť ꝙ niſi diuinitꝰ ſit morꝰ h̄ incautū
eſt. Et tales i mag̃ mľtitudie repiunť
fidē negaſſe. vt pʒ ꝑ Euſebiū li. vj. ec
cle. hiſto. c. xxx. Tertio exigiť vt fidē
q̄libet fateať ope ſi vult ad vitā ingre-
di ⁊ meritorie agē. Nā fides ſine opi-

bus mortua eſt. Jacobi.ij. Et ſi vis ad
vitā ingredi. ſuā mādata. vbi thema.
L ¶ Tertio principaliter videndum eſt
quot genera hominū preceptum de fi
de transgrediunt̄. Sunt autē quinqȝ.
Primo fidem addiſcere negligentes
Nam in decre. p Augu. de conſe. diſ.
.iiij. ſtatutum eſt ꝙ patrini tenent̄ fili
os docere ſymbolum apoſtolorū. Et
ratio ē. quia ibi ea vel paulo plura cō
tinent̄ ꝙ̄ quilibet credere teneat̄. Et
ordinate ibi articuli ponunt̄ ꝛ memo
rie facili⁹ imprimunt̄. Tenent̄ inquā
diſcere neſciētes niſi excuſarent̄ vt ſu
pra imbecillitate ingenij. carentia do
M ctoꝝ. aut ꝓpinquitate pueritie. Se
cundo in fide dubitantes. Naȝ tales
dicunt̄ heretici q̄ dubitant de fide ca
tholica. vt ptȝ autoritate ex̄. de heret̄.
li. v. vbi dicit̄. Dubius in fide infide
lis eſt. nec eis oīno credēdum eſt qui
fidem veritatis ignorat. hec ibi. Non
credendum dicit apparatus. id eſt te
ſtimoniu coꝝ nō recipiēdū. Et patēt
illa de Thoma Joh. xx. Noli eſſe in
credulus. ſed fidelis. Vnde ꝛ didy
mus dicitur ibidem. ideo quia dubi
tauit. Ratione etiam patet. quia du
bitans non eſt in fide eo ꝙ non aſſen
tiat alicui articulo certo vel oībus. Et
qui non eſt in fide eſt contra fidem.
Scdm̄ illud Matth. xij. Et Luc. xj.
Qui non eſt mecū cōtra me eſt. Sic
apoſtoli fuerunt tēpore paſſionis xp̄i
licet ꝯfirmati fuerunt in aduentu ſpi
ritusſancti. Naȝ glo. ſup illō ps̄. Ego
confirmaui colūnas eius. dicit apl'os
qui in paſſione titubauerūt. Idem di
cere videtur btūs Augu. ſatis exp̄ſſe
li. de origine Ad Renatuȝ. vbi dicit.
Latronē bene ď Christo. ꝛ apl'os ma
le de xp̄i diuinitate ſenſiſſe. Tertio p̄
ſumptuoſe fidei articulos ſcrutari vo
lentes. Sicut Aug. añ cōuerſionē fe
cit. Cōtrā̄ illud Eccl̄. iij. Altiora te ne
queſieris. ꝛ fortiora te ne ſcrutat⁹ fue
ris. ꝛ q̄ ſcrutator ē maieſtatꝭ opp̄met̄
a glīa. vñ Bern. Fidē ſcrutari p̄ſum
ptuoſe temeritas eſt. credere pietas ē
noſcere vo vita eterna eſt. ¶ Quarto N
fidem ore negātes licet corde teneant
tales mortaliter peccant. vt s̄. patuit.
quales fuerūt. Nicodem⁹ Joſeph ab
arimathia. ꝛ multi p̄ncipes iudeorū in
xp̄m credētes. ſȝ ne extra ſynagogam
eijcerent̄ eum nō fatentes. De quib⁹
habet̄. Joh. xij. Peccauerūt eñ mor
taliter. dicit ibi Nico. de lyra. qꝛ prin
cipes erāt q̄ plus tenebāt̄ fidē aſtrue
re. ꝛ qꝛ erat de neceſſitate ſalutis xp̄m
confiteri ibi. Et vt ibidem dicit̄. dile
xerunt gloriaȝ hominū magis ꝙ̄ glo
riam dei. Nam vt dicit Tho. ſcd̄a. ij.
.q. cxxxj. qñ quis gloriā ſuam p̄fert te
ſtimonio dei ſicut ꝯ̄ p̄fatos principes
dicit̄ ſimilit̄. Et Petrus ter peccauit
mortalit̄ negādo xp̄m vt ꝓbat Tho
in quodlib. ſuis. ¶ Quinto heretici ꝛ O
ipſis credentes. eorū defenſores. rece
ptores ꝛ fautores. Oēs iſti quoqȝ etiā
ſunt ex cōmunicati. qñ vicium coꝝ in
aliquē actū exteriorē publice vl' occul
te ꝓgreditur. vt plura iura expreſſe di
cunt.

## ¶ Capitulum. III.

Secūdo ſpes cadit ſub p̄cepto.
vt dicit. ſ. Tho. ſcd̄a. ij. q. xxij.
arti. j. Vñ Hiere. xvij. Male
dictus qui confidit in homine. ꝛ po
nit carnē brachiū ſuum. ꝛ a dño rece
dit cor ei⁹. Vñ ſpe etiā colit̄ de⁹ corde
qꝛ ꝓcedit ab habitu infuſo ¶ Eſt aūt A
ſpes vt dic̄ mgr̄ in t̄rio. diſ. xxvj. certa
expectatio future btītudinis veniens
ex dei grā. ꝛ ex meritꝭ p̄cedētib⁹. Hic
aūt tria p̄ncipalr̄ ſunt vidēda. Primo
quid principaliter ſperare ꝛ appetere
debeamus. Secūdo quō contra hoc
mandatū excedant deſperātes. Ter
tio quō p̄ſumentes. Circa primū pro

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

intellectū habitus ſpei ⁊ exercitio eiꝰ
actus eſt ſciendū ꝙ actus huiꝰ ſecūde
virtutis eſt cōſidere firmiter vel certa
cōfidentia quā quilibet debet habere.
quāꝗ3 in actu ſ3 ſemꝑ in habitu de hoc
ꝙ eternaliter ſaluet. que ꝯfidētia deb3
inniti ex vna ꝑte ſuꝑ diuina grā. ⁊ mi-
ſericordia. cui d3 ꝯfidere ꝙ ipm ſalua
bit. ⁊ ex alia ꝑte ſuꝑ ꝓpriis meritꝭ q̄ ad
h̄ vult hēre grā adiutrice. D3 enī firmi-
ter ꝓponere in corde ſuo ꝙ pctā vitan-
do ⁊ bn̄ viuēdo velit mereri vitā etnā.
q2 ſine hoc ꝓpoſito eēt magis p̄ſūptio
q̄3 ſpes. ſicut ſunt q̄ ꝯfidūt fatue ꝙ ſal
uabunt. ⁊ tn̄ nihil facere volunt vel oi-
B mittere ꝓ ſalute ſua. ¶ Illa aūt q̄ ſunt
ſperāda ⁊ deſiderāda. q2 nō poſſumꝰ
virtute ꝓpria ꝯſequi debemꝰ ea petere
a deo. Et iſta ſub nūero ſeptēplici enu
merātur breuiter. vtiliter ⁊ ordinatiſ-
ſime Matth. vj. in orōne dn̄ica. In q̄
ſm Tho. ſcda. ij. q. lxxxiij. arti. ix. in-
uocamus p̄mo deu3 rememorādo q̄s
eſt. q2 pr̄ nr̄. puta fideliſſimꝰ. piiſſimꝰ.
ditiſſimus. ſummus ⁊ prudētiſſimus
Pater inquā creatione. gubernatio-
ne. redēptione. gratiſfactiōe ⁊ glificā-
tione. ſed vbi ē in celis ſpecialiori effe
ctu. ⁊ ſumma poſſeſſiōe. Primū igit
dicit. pr̄ nr̄. vt nihil diffidamꝰ. Secun
dum addit. in celis. vt cor ſurſum ha-
beamus. Poſt hoc ſeptē ꝑ ordinē pe
timus. vbi ſicut ē ordo ita ⁊ dignitas
ſeptē bonoꝝ. Petimꝰ enī primo. Sā-
ctificet nomē tuū. i. honorificet ⁊ lau-
det. vt memoria tui nois quo deꝰ nr̄ ⁊
pr̄ diceris ſꝑ ⁊ vbiꝗ3 in reuerētia habe
atur. Et hoc in cūctis oꝑibus p̄cipa-
liter debemꝰ intēdere. ⁊ ꝑfectiſſime fi-
et in patria vbi memoria eo fecunda
bit. intellectꝰ vniet. ⁊ voluntas amore
amplexabit. nō āt ſic petit ſm Augu
guſtinū in ſmone dn̄i in mōte. q̄ſi nō
ſit ſanctū nomē dei ſed vt ſanctū habe
at ab hoibꝰ. i. ita innoteſcat illꝰ dn̄s vt
non eſtimēt aliquid ſanctius qd̄ ma-
gis offendere timeant. S3 q2 ꝑfecte in
nob̄ ſanctificari nō pōt nomē pris. ni-
ſi in patria tuto loco. id̄ dicimus ſcdo
Adueniat regnū tuū. Eſt aūt ſola de-
bita via ad hoc regnū vt voluntas dei
impleat q̄ preceptis innoteſcit clare.
Id̄ tertio dicit. Fiat voluntas tua ſicut
in celo ⁊ in terra. Ad hec autē p̄cepta
cōtinuanda meritorie neceſſarius eſt
panis ⁊ ſubſidiū tam corpis q̄3 anime
qd̄ petimus quarto dicēdo. Panē no
ſtru3 quotidianum ⁊c̄. Et hec q̄ttuor
ſunt bona poſitiua. Reſidua ſūt libe-
rationis a malis. Que ſunt tria. Pri
mū ⁊ peſſimū ē culpa p̄terita. Contra
quā dicimꝰ. Dimitte nobis ⁊c̄. Tene-
mur enī ad penā etnā. ad irā dei. ⁊ ad
multa alia mala ſuſtinēda. Secūdu3
eſt futurū malū. in qd̄ incidere poſſu-
mus. inclināte tentatiōe. Cōtra qd̄ di
cimꝰ. Et ne nos inducas in tentatōē.
Vltimo petimꝰ. Libera nos a malo.
pene ſc3. ⁊ ab omni qd̄ pōt impedire
ſeruitium dei. Amen. i. fiat optamus.
Sed notandu3 ꝙ oratio quāꝗ3 eſt in C
precepto ſm Tho. in diuerſis locis vt
in. iiij. diſ. xv. ⁊ ſecunda. ij. q. lxxxiij.
Primo ad horas canonicas tenētur
miniſtri ecclie q2 medij ſunt inter deū
⁊ populū. q2 nutriunt a populo. ⁊ q2
ad eucharistie ſacramentū debēt eſſe
diſpoſiti ampliꝰ. Vn̄ beneficiati ⁊ in
ſacris conſtituti. ⁊ religioſi ꝓfeſſi ad
horas tenent. Scdo quilibet tenetur
interdū pro ſe orare. ⁊ ſibi ꝓcurare bo
na ſpūalia. que nec Marie virgini da
ta ſunt ſemper ſine oratione. p̄ſertim
tn̄ ad hoc tūc aliquis tenet. qn̄ aliquis
grauiter tentat. nec aliter pōt adiuua
ri. Tertio ꝓ ꝓximo in caſu ſue neceſ-
ſitatis. quo ꝑ aliū non iuuaret in ten-
tationibus ſuis in mortalibus me ſci
ente hoc. ⁊ cum nec ſe alio modo iu-
uari poſſet. Tunc enī locū hab3 illud

Ambꝛ. Paſce fame. ſ. ſpūali moꝛientē
ſi nō paviſti occidiſti. ſꝫ h̄ difficile ē ſci
re. Quarto dn̄icis dieb⁹ ꝛ feſtis preci
puis ad cōfoꝛmādū ſe miſtris eccl'ie.
hec ſententia l'r Tho. ſup q̄rto. diſ. xv.
D ¶ Quīto qn̄ q̄s vouit aliq̄d oꝛare. Se
xto ſi ſatiſfactioneꝫ in pn̄ie ſacramēto
ꝑ oꝛ̄onem recepit ꝓ ſe. Septio ſi ſatiſ
factiōeꝫ oꝛationū ꝓ alio ꝓmiſit. Octa
uo ex bn̄ficio recepto i elemoſyna ſpi
rituali vel coꝛꝑali ꝓ dāte bn̄ficiū. Sic
paupes ꝓ diuitib⁹ a q̄b⁹ elemoſynā re
cipiūt. ꝛ diuites ꝓ clero. a q̄ ſermoneꝫ
ꝛ ſacra recipiūt niſi aliūde refundāt.
Prefati aūt vltimi q̄ttuoꝛ mōi ſūt ſal
tem debiti ꝛ ſi nō ꝑcepti ſꝑ q̊ ad oēs.
E Cōtra h̄ mādatū ſpei excedit̄. Prio
ꝑ deſperantes. Vbi ſciēduꝫ ſm Tho.
ꝛ Bonauen. ſup. ij. circa finē. q̄ deſpe
ratio nō eſt ſꝑ pctm̄ in ſpm̄ſcm̄. Aliqn̄
eīm q̄s deſperat ſm Bonauē. ex puſil
lanimitate. ita q̄ in ipa deſperatōe nō
venit ꝯplacētia. ſꝫ dolet ꝛ renitit̄ cōtra
ipam. ꝛ ſic nō ē in ſpm̄ſanctū. q̄ꝛ ex ta
li deſperatiōe nō ꝓijcit̄ hō in ꝓfundū
Pōt eni hoc ex vehementi demonis
tentatiōe ꝓuenire. vl' aliqn̄ ex natura
li infirmitate vt ex mania vt crebꝛo cō
tingit repire i feminis. Vn̄ Bonauē.
ſup. ij. dicit. Deſperat aliqn̄ q̄s ex pu
ſillanimitate. ita q̄ in ipa deſperatiōe
nō venit cōplacentia ſꝫ dolet ꝛ renitit̄
ꝯtra ipam ꝛ ſic nō ē peccatū in ſpiritū
ſanctū. h̄ in. ij. diſ. xliij. Eſt alia deſpa
tio q̄ q̄s deſpat diffinitiue abſcōdens
ſe q̄ſi a facie diuīe miſcōie. ſm q̄ cayn
fecit q̄ dixit. A facie tua eijcis me ho
die. Et h̄ ſimpl'r ē pctm̄ in ſpm̄ſanctū.
q̄ꝛ ē in ꝯtumeliā diuīe miſcōie cui ſuā
prefert iniq̄tatē. ſicut ait cayn. Maioꝛ
eſt iniq̄tas mea q̄ꝫ vt veniā merear. Ex
h̄ tn̄ nō iudicat̄ ifidelis. aut tal' q̄ꝛ bn̄
ſentit de alijs ꝛ male de ſe. aut certe q̄ꝛ
nō eſtimat deuꝫ miſereri velle. Et tale
pctm̄ in ſpm̄ſanctū ſꝑ hꝫ cōiunctā ma
liciam ꝓ eo q̄ q̄ ſic deſpat in tali cul
pa vult vitā ſuā finire. Vn̄ tales deſpe
ratiſſimi frequēter ſibi inferūt moꝛtē
Et Tho. dic̄. q̄ deſpatio in q̄tū deſpe
ratio ē ſpēs pcti in ſpm̄ſcm̄ q̄ nō ꝓue
nit ex hoc q̄ aliq̄s neget remiſſionem
pctōꝝ. ſꝫ remiſſionē peccatoꝝ quā fie
ri credit vt liberius vacet pctis. ſponte
a ſe abijcit. duꝫ nō vult tendere in hoc
q̄ remiſſiōeꝫ pctōꝝ ꝯſequat̄. Cauſa āt
quare deſperatio ē pctm̄ eſt ſm Tho.
vbi prius. q̄ꝛ oīs motus appetitiuus
ꝯfoꝛmiter ſe habēs intellectui falſo eſt
ſm ſe malus. ꝛ econuerſo bon⁹ de ve
ro de deo eſtimato. ſꝫ circa deū vera e
ſtimatio intellect⁹ eſt q̄ ex ipo ꝓuenit
hoi ſalus ꝛ venia peccatoꝛib⁹ dat̄. ſm
illud Ezech. xviij. Nolo moꝛtē pecca
toꝛis ſꝫ vt ꝯuertat̄ ꝛ viuat. Falſa āt opi
nio peccatoꝝ eſt q̄ hoi peccatoꝛi peni
tenti veniā deneget. vel q̄ peccatoꝛes
ad ſe non ꝯuertat ꝑ grām iuſtificantē.
Et iō ſicut motus ſpei qui confoꝛmi
ter ſe habet ad eſtimationē verā ē lau
dabilis ꝛ virtuoſus. ita oppoſitus mo
tus deſperationis q̄ ſe hꝫ confoꝛmiter
eſtimationi falſe de deo eſt vicioſus ꝛ
pctm̄. ¶ Scōo peccēt cōtra ſpem pre F
ſumētes. Vbi notādū ſm Bonauē.
q̄ preſumptio duplex eſt vna de meri
tis. alia de impunitate. Prima ē qua
quis de meritis ſuis preſumit ꝛ eſt ſu
perbie. Scōa eſt qua quis preſumit
de impunitate dans totū diuine miſe
ricoꝛdie ꝛ auferens ei omnino rigoꝛē
iuſticie. Et hoc eſt peccatuꝫ in ſpiritū
ſanctum. quia claudit viam ad grati
am ꝛ ad culpam aperit. Et ſm Tho.
preſumptuoſus non peccat ex hoc q̄
miſericoꝛdiaꝫ dei nimis magnā arbi
tratur cū ſit infinita. ſed q̄ꝛ iuſticiā ei⁹
ꝯtēnit. ꝛ in h̄ etiā miſcōie derogat ab
utens ea ac ſi non eēt iuſta. Et vt dicit
ſecunda. ij. q. xxij. arti. ij. preſumptio
ideo peccatum eſt. quia ſicut falſū eſt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ꝙ deus penitētib⁹ nō indulgeat. vl' ꝙ
peccātes ad penitētiā nō reuocet. Ita
falſum eſt ꝙ in pctō ꝑſeuerātibus ve-
niā ꝯcedat. ⁊ a bono ope ceſſantibus
gloriā largiat᷑: cui eſtimationi ꝯformi
ter ſe hꝫ ꝑſumptiōis motus. Et iō ꝑ-
ſumptio eſt minus peccatū ꝗ̄ deſpe-
ratio q̄ntomagis eſt ꝓpriū deo miſere
ri ⁊ pcere ꝗ̄ punire. ꝓpter eius infini
tam bonitatē. Illō em̄ ſm̄ ſe cōuenit
deo. hoc aūt ꝓpter peccata nr̄a. Vn-
peccare cū ꝓpoſito ꝑſeuerādi in pctō
ſub ſpe venie ad ꝑſumptionē ptinet. ⁊
hoc non diminuit ꜩ auget peccatum.
G ¶ Peccare aūt ſub ſpe venie q̄nq꜃ pci
pīende cū ꝓpoſito abſtinēdi a pecca-
to. ⁊ penitēdi de peccato hoc nō eſt ꝑ-
ſumptionis ꜩ hoc peccatū diminuit.
qꝛ p hmōi videt᷑ habere voluntatē mi
nus firmatā ad peccandū. Ideo ma-
giſter dicit. li. ij. diſ. xxij. ꝙ Adam mi-
nus peccauit qꝛ ſb̄ ſpe venie peccauit
hec Tho. Caueāt h̄ p̄mo inordinataꝫ
ſpeꝫ in q̄ſdā ſctōs ponētes q̄ ſeruiunt
beate Barbare. Katherine. ⁊ ſiīb⁹. q̄
licet bene faciāt his ſuiēdo. videāt tn̄
vt ſpem ſuā cū executiōe dei vocatio
nū ⁊ mādatoꝝ roborēt. Scōo caueāt
ſpem in hoieꝫ aliquē nimis ponētes.
Sicut faciunt pntes interdū ꝓpt̄ libe
ros negociaꝛ opa ꝯ̄ pcepta dei actitā-
tes. Cōtra q̄s dicit᷑ Hiere. xvij. Ma-
ledictus q̄ cōfidit in hoie. ⁊ ponit car-
nē brachiū ſuū ⁊ a dn̄o recedit coꝛ ei⁹.
Caueāt tertio penitētiā ꝓcraſtināres
⁊ ſic ſperātes tandē cōuerti i fine. Nō
difficile eſt nō impoſſibile. ꝓpter ſex.
videlicet ꝓpt̄ infirmitatē. vſum rōnis
⁊ volūtatis tardantē. ꝓpt̄ dolorē men
tem pedientē. ꝓpt̄ habitū vitioſum
ad mala inclinātē. ꝓpt̄ timorē mort̄
naturā terrētē. ꝓpter familiā relinq̄n-
dam ꝯſtrepentē. ⁊ demonē tēptanteꝫ
Tertio peccāt ꝯtra h̄ pceptū orōnem
dn̄icam ⁊ ſymbolū aplo꜊ nō addiſcē-

tes. quia ibi cōtinent᷑ ſperanda.

¶ Capitulum. iiij.

T Ertio dilectio
dei cadit ſub pcepto q̄ ſibi
ſutre debem⁹. De q̄ dile-
ctione primo videbit᷑ ꝗ̄ ſtricte pcipit᷑.
⁊ ꝗ̄ neceſſaria eſt. Secundo ꝗ̄ vtilis.
Tertio q̄liter cadat ſb̄ pcepto. Quar
to ꝗ̄ rationabiliter et cur precipitur.
Quinto q̄t modis cōtra eam peccet᷑.
Quantū ad primū ꝗ̄ ſtricte pcipia A
tur. dei dilectio. patet p plura. Nam
Exo. xx. deū diligētib⁹ ⁊ deum odien
tibus terribilis pena indicit᷑ ⁊ p̄minꝫ
ꝓmittitur cum poſt primū preceptū
immediate addit᷑. Ego ſum dn̄s deuſ
tuus fortis zelotes viſitans iniquita-
tem patrū in filios in tertiam ⁊ quar-
tam generationē eoꝝ qui oderūt me.
⁊ faciens miſcōiaꝫ in milia his qui di
ligunt me et cuſtodiunt pcepta mea.
Prima pars vt dicit Tho. ſecūda. ij.
q. cviij. habet veritatē de pena tpali q̄
filij puniūtur qui ſunt aliquid paren
tum. ⁊ ſic de cognatis qui ſepe viuūt
vſq꜃ ad quartā generationē. Secūdo
ſm̄ magiſtrū in. ij. diſ. xxxiij. habet ve
ritatem de filijs ⁊ cognatis imitātib⁹
peccata parentū. Sed tertio nunꝗ̄ il-
lud intelligit᷑ ꝙ filius vel alius punia
tur pena culpe vel eterna ꝓ pctō alte
rius. Secūda ps patet ꝙ ſepe tota ter
ra vna melius habet᷑ ꝓ pfecto in cha-
ritate hoie. vt ptꝫ de Joſeph. Dauid.
Abraam. ⁊ de Helia celum apiēte ad
pluendū. ¶ Item neceſſitas oſtendit᷑. B
Deut. vj. vbi ſic dr̄. Diliges dn̄m deū
tuum ex toto corde tuo ⁊ ex toto aīa
tua ⁊ ex tota fortitudine tua. Matth.
xxij. addit᷑ Ex oī̄ mēte tua. Erūtq꜃
verba hec q̄ precipio tibi hodie in coꝛ
de tuo ⁊ narrabis ea filijs tuis. ⁊ me-
ditaberis ſedēs in domo tua ⁊ ambu-
lans in itinere dormiens atq꜃ conſur-

gens.⁊ ligabis ea q̄ſi ſignū₃ in manu
tua. eruntq₃ ⁊ mouebunt an̄ oculos tu
os.ſcribeſq₃ ea i limine ⁊ oſtijs dom⁹
tue. Nō tn̄ debēt ad lr̄a₃ dic̄ glo.i ma
nu corpali ligari : ſ₃ ſpūali.i.in oi ope
adiungi. Jō dr̄ q̄ſi. Alias ſic phariſei
facerem⁹ ſi i manib⁹ corporeis ea de
ferrem⁹. Nec ſcribere ad lr̄am in limi
nib⁹ ⁊ oſtijs oprtet : ſ₃ in oi egreſſu ad
opus debēt ſuari. Nā ſm̄ Tho. dile
ctio dei ⁊ ꝓximi d₃ eē regula oim̄ hu
manoꝝ actuū. Jtē Matth.xxij.ex̄ns
ſine veſte charitatꝭ. l₃ in nuptijs ſit ec
cleſie.q̄ ad fidē.tn̄ ligatis manib⁹ ⁊ pe
dib⁹ ꝓijcit in tenebras exteriores vbi
C erit flet⁹ ⁊ ſtridor dētiū. Jtē.j.Cor.
.xiij. oñdit ꝙ nulla eloquētia.nec ſcia
nec miracula.nec elargitō elemoſyna
rū.nec paſſio valet ſine charitate. Si
inq̄t linguis hoim loq̄r ⁊ āgeloꝝ.cha
ritatē āt nō habuero fact⁹ ſū velut es
ſonans ⁊ cymbalū tinniēs. ⁊ ſi hūero
ꝓphetiā ⁊ nouerim myſteria oia.i.ſcptu
re ⁊ oēm ſcia₃ . ⁊ ſi habuero fidē ita vt
mōtes trāſferā.charitatē āt nō habue
ro nihil ſu₃.i.q₂ vita charitatꝭ careo. ⁊
ſi diſtribuero i cibos pauperū oēs fa
cultates meas . ⁊ ſi tradidero corpus
meū ita vt ardeā. charitatē aūt nō ha
buero nihil m̄ ꝓdeſt. Jtē.j.Co.vlt.
Si q̄s nō amat dn̄₃ nr̄m ihm̄ xp̄m ſit
anathema.i.maledict⁹ ſm̄ glo. q₂ ma
ledicet in iudicio illa maledictōe. De
q̄ Matth.xxv. Jte maledicti in ignē
D eternu₃. Vtilis vo ſit dei dilectio
pat₃ ex ſeptē. Primo filiū dei ꝯſtituit
charitas. q₂ miſit ds̄ ſpm̄ filij ſui.in q̄
clamamus. Abba pr̄. Roma.viij. Et
Gal.iiij. Et Joh.j. Dedit eis q̄ eū re
ceperūt ptātē filios dei fieri. q̄ credūt i
noie ei⁹. Nā charitas pctōrē de infini
ta diſtantia in qua₃ cecidit ꝑ mortale
pctm̄ a deo. in q̄ fuit in regiōe lōginq̄
fili⁹ ꝓdigus eleuat ad vnionē cū pr̄e
celeſti. Hoc em̄ gr̄e officiū eſt dic̄ Al
bert⁹.ij. de mirabili ſcia dei. Scd̄o
facit mereri q̄libet ope moralit bono
vitā eternā aut ei⁹ augmētū: q₂ ſi filij
⁊ heredes. vt dr̄ Gal.iiij. ⁊ Rom. viij.
Tertio fac̄ ꝙ ꝑ modica bona tpalia
in charitate ꝓ deo data ⁊ ſic de alijs.
tm̄ meret q̄s q̄ntū ali⁹ ꝑ multa tpalia
data. vt pt₃ de vidua cū duob⁹ minu
tis miſſis in gazophylatiū. Luc.xxj.
q̄ xp̄i teſtimonio plus q̄₃ oēs miſit Et
de ſctō Petro q̄ licet modicū reliq̄rit
cum ait Matt.xix. Ecce nos relinqui
mus oia ⁊ ſecuti ſum⁹ te. q̄d ꝰ erit no
nobis: Rñdit. Amē dico vobis ⁊c. cē
tuplū accipietis. ⁊ vitā eternā poſſide
bitis. Nō ei vt dic̄ ſup eodē Greg. q̄n
tum ſ₃ ex q̄nto .i. ex q̄nta charitate q̄s
dat de⁹ pōderat. tūc ſc₃ q̄n nō adeſt fa
cultas exterior. Quarto facit inter
dū nihil hn̄tē de bonis exteriorib⁹ tm̄
mereri de p̄mio eēntiali. q̄ntū ali⁹ me
ret q̄ multū dat. vt pt₃ in eo videlicet
qui i paupertate exiſtēs ex magna cha
ritate vellet dare centū florenos ⁊ nō
pōt dare tm̄. in caſu poteſt mereri ſic
qui centū florenos dat. Exempli gra
tia. Paup nihil habens. in charitate
tn̄ exiſtens vt duo quo ad gradu₃ qui
ꝑfectū animū habent dandi alteri mē
dico decē florenos. tm̄ meret d̄ p̄mio
eſſentiali q̄ntū diues ex equali chari
tate dans actu decem florenos. ſecun
dus tn̄ premiū accidētale habebit. q₂
gaudebit de eo ꝙ voluntatē dandi ha
buit. ⁊ ꝙ dedit ⁊ paup mēdicus ꝓ eo
intercedet. ſed hec modica ſunt reſpe
ctu eēntialis p̄mij qd̄ erit de creatore
Hoc probat ſentialiter ſanctus Tho
mas prima.ij.q.xx.ar.iiij. Quinto E
impetrat ⁊ meretur ſcientiā magnam
in patria ⁊ gaudiū. Sic ꝙ ſi ſimplex
vetula in charitate decedit que habet
charitatem vt quattuor: ⁊ magiſter in
theologia ſi decedit i charitate vt duo
vetula habebit clariorem et ꝑfectiorē

ſcientiã de viſis in deo q̄ꝫ theolog⁹. li-
cet de habitibus ſcientificis acquiſitꝫ
mgr̄ plus habiturus ſit de ſciẽtia. ſed
hoc modicũ ē reſpectu ſciẽtie de deo
immediate hn̄de. Rōnē hui⁹ aſſignat
Tho. in p̄ma pte. q. xij. arti. vj. q2 ma-
gnitudinē charitatis vie ſequit̄ in pa-
tria magnitudo luminis glorie. ⁊ ma-
gnitudinē luminis glīe ſequit̄ intimi
or vnio ⁊ viſio diuine eẽntie. ⁊ q̄nto in
timius videt̄ deus ⁊ vnit̄ alicui intelle-
ctui. tāto plura ⁊ intenſius ſciet̄ q̄s ea
que relucent in deo. ⁊ p̄ pn̄s maior de-
lectatio ſequet̄ ⁊ maius gaudiũ. Cha-
ritas em̄ ſinũ cordis primo aperit. id
F eſt. capaciorē reddit. Sexto chari-
tas facit q̄ diligẽtibus deũ oia coope
rant̄ in bonũ Ro. viij. His celũ ē pre-
miũ infernus a peccatis p̄hibitoriũ. ⁊
ſimiliter lymbus ⁊ purgatoriũ. bona
tpa ſuſtentamẽtum. ⁊ ois aduerſitas
lucrũ p̄ patiẽtie meritũ. q2 dicit Gre-
gori⁹ Nulla nocebit aduerſitas ſi nul
la dn̄etur iniquitas. Nulla em̄ prudẽ-
ti pōt adeſſe mala fortuna. q2 vt dicit
Boeti⁹ de cōſo. In poteſtate ei⁹ ē ad-
uerſis bn̄ vti vt proſperis. Septimo
in via facit omne op⁹ leue. Iugũ eni
inquit xp̄s meũ ſuaue eſt ⁊ onus meũ
leue Matt. xj. Immo finis p̄cepti eſt
G charitas. j. Timo. j. Tertio qualiter
cadat dilectio dei ſuper oia ſub prece-
pto videndũ eſt. Vbi notandũ prout
elicit̄ ex varijs dictis ſcꝫ Thome ⁊ ali
orum videtur q̄ tripliciter dilectio dei
intelligit̄ per preceptuꝫ. Primo pla-
cabiliter ſeu fauorabiliter. Scd̄o ordi
nabiliter. Tertio appreciabiliter. Pri
mo dꝫ diligi placabiliter ſup oia ſic q̄
velis deo bonũ ⁊ complacẽtiã in hoc
habeas ſine relatione ipſius in q̄cũ-
q̄ꝫ aliud bonũ. Pro cui⁹ intellectu no
tanda ſunt aliq̄. Pr̄io q̄d ſit diligere.
Rn̄det̄ ſm p̄hm in rhetor. Eſt alicui
bonũ velle. vt diligẽ hoiez ē ſibi bonũ
velle. Scd̄o q̄d ſit hoi bonuꝫ. Rn̄det
p̄hs. j. eth. ⁊. x. Felicitas ſua ⁊ ṽtutes
⁊ ſcientie ⁊ hec nunq̄ꝫ obſũt ſibi q̄ntũ
eſt de ſe. Silr̄ ⁊ bona tpalia ⁊ mala pe-
ne deſeruiẽtia ad ṽtutes. Tertio nota H
q̄ duplex ē dilectio in hoib⁹. Quedã
ↄcupiſcẽtie q̄ vtilitatis nr̄e gr̄a eſt. pu-
ta cũ aliquis diligit aliquã rem ꝑpter
ſe diligentē. ⁊ ſic diligimus aſinũ. ca-
pram. cibũ ⁊ ſil'ia. q2 vtilia nob ad ho-
norē ⁊ delectationē. vl' ad cōmodum
nr̄m. ⁊ tali dilectōe diligit hō ſe p̄nci-
paliter nō aliud. Alia ē dilectio ami-
citie. puta cũ q̄s diligit aliquē hoiem
ꝑpter ipm̄ dilectũ hoiez. Vt cũ q̄s vi-
det aliquē ſapiẽtē ṽtuoſũ ⁊ hmōi. ⁊ ſi-
bi iſta vult ieſſe ⁊ ↄplacet i eis. diligit
eũ dilectōe amicitie. Quarto nota q̄
ꝑprie deo nihil bonũ eſt niſi id q̄d ipe
eſt. vicꝫ q̄ ē omp̄s. oiſciens. miſericor
diſſimus. patiẽtiſſim⁹. ditiſſim⁹ ⁊ ſil'ia
Nã ieiunare. orare. virtutes acq̄rere.
vicia vitare nō ſunt deo bona. lꝫ corã
nob ei ſint honorifica. q2 bonoꝝ nro-
rũ nō indiget. ſꝫ nob p̄fata bona ſt̄ ⁊ p̄
ea corã nob glificat̄ pr̄ q̄ in cel' eſt. Ex
quo pꝫ q̄d ſit deũ ſup oia diligere. q2
ſibi bonũ velle vicꝫ meditari velle cō-
placẽtiã hr̄e q̄ ē omp̄s. ſapiẽtiſſimus
opti⁹ ⁊ ſil'ia. et ſic amam⁹ ſcd̄o amore
videlꝫ amicitie nō ꝑpter aliud nec re-
latiue ad aliud. nō āt diligere debem⁹
eũ primo amore. ſ. ↄcupiſcẽtie videlꝫ
vt velimus ſibi bonũ maxie q̄ nob do
na dat. q2 tũc nos plus diligerem⁹. vſ
Bern. li. j. de diligẽdo deũ. Abſq̄ꝫ itu-
itu p̄mij diligẽd⁹ ē de⁹ Ver⁹ em̄ amor
in ſeipo ↄtẽt⁹ ē. Et iteꝝ. Lꝫ de⁹ ſit abſq̄ꝫ
ituitu p̄mij diligẽd⁹, ñ tñ abſq̄ꝫ p̄mio
diligit̄ vñ q̄to q̄s puri⁹ diligit deũ ꝑpt
ſe ⁊ q̄to min⁹ hꝫ r̄ſpectũ ad ſe diligẽtē
tāto deo dilectio pl⁹ placꝫ ⁊ ampli⁹ hō
meret̄. Ratio āt q̄re ſic diligere debe-
mus deum ꝑpter ſe eſt p̄ma. quia niſi
ſic tũc non diligeremus euꝫ nobiliori

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

modo ꝗ̃ diligimꝰ equū. aſinū ⁊c. qbꝰ
bonū volumꝰ ꝓpter nos. Itē naturali
ter mr̃ filio vult bonū ſepe ſine omī re
ſpectu vtilitatis ꝓprie. vt in caſu q̄ fili
iuuenis moreret̃. ġ plꝰ tenemur deo.
Itē idē pꝫ in amicis veris ad quos ex
igit̃ vt nō diligāt vtilitatis aut delecta
tionis grā ſꝫ amicū ꝓpter ſe. Itē expe
rientia ē ꝙ quis diligit ꝓpter ſe eū quē
nūꝗ̃ videbit vltra mare exiſtētez. vt ſi
audis de probo milite in armis ⁊ vir
tutibus vis ſibi bonū ⁊ cōplacentiam
habes in eo. licet nulla vtilitas tibi in
de ſequeret̃. Cur ġ nō diligeremꝰ deū
ꝓpt̃ ſe ſine oī reſpectu ad aliud ab eo.
Ex q̄ pꝫ ꝗ̃ multū merent̃ qui dei pfe
ctiones ſepe meditādo cōſiderāt ⁊ cor
de ſibi in h̄ ꝯplaceāt. Optimꝰ. n. actꝰ
J eſt diligere deū. ¶ Hic q̄rit̃ primo an
deū diligere poſſim vt det mihi vitam
eternā ſeu celū. Rn̄det non. ſꝫ ꝑ plura
opa alia deo ſuire poſſumꝰ ꝓpter vitā
eternā. Nā dn̄t ſuire deo ⁊ diligere ſi
cut genus ⁊ ſpēs. vn̄ opa bona debeo
facere plura ⁊ conari implere alia pre
cepta ⁊ alia ꝓpter vitā eternā. qꝛ opa ta
lia bona ſunt vie ad celū. Sed dilige
re deū n̄ debeo vt vitā eternā mihi do
net. qꝛ ſic ordinarē deū in creaturam ⁊
in vtilitatē meaꝫ qđ illicitū eſt. Tū qꝛ
hoc eſſet vti fruendis. qđ nunꝗ̃ licet,
vt dicit Augꝰ primo de doctrina chri
ſtiana. Tum quia ſic me p̄ncipaliter
querentē. Tū etiā qꝛ deteriora debent
eſſe grā meliorū ſm phm in politicis
qđ hic non fieret. Scđo querit̃. poſſū
ne diligere deuꝫ ꝓpter bn̄ficia q̄ mihi
dedit: Rn̄det Tho. ij. ij. q. xxvij. ar. iij.
Si ly ꝓpter dicat cām finalem nō de
beo. quia ſic vterer eo. Si auteꝫ dicit
cauſam occaſionalem vel motiuam.
poſſū ſm illđ ps. Inclinaui cor meuꝫ
ad faciendas iuſtificationes tuas ine
ternū ꝓpter retributionē. Bn̄ficia eñ
que deus nobis dedit velut charitatē
dei facile nos accendere debēt ad deū
diligendū ⁊ occaſioneꝫ preſtare. Hec
aūt queſtio ſicut ⁊ p̄cedens ⁊ ſimiles
aut nunꝗ̃ aut caute debēt p̄dicari ſe
cularibꝰ. Tertio querit̃ cur tam du K
rum apparet ſecularibus deum a no
bis non debere diligi ꝓpter beneficia.
Rn̄ſio ſm Guilhel. pariſieñ. libro de
virtutibus. Hoc faciunt carentia do
ctorum realiū ⁊ ignorantia ſecularium.
que prouenit ex eo ꝙ ſe querunt non
que dei ſunt. quod charitas dei nō fa
cit ſed dilectio curua. Querunt enim
homines nimis terrena. honores. di
uitias ⁊ ſimilia. que licet ſint minima
bona tamē in eis contentant̃. Simi
les pueris qui in piro plus amoreꝫ fi
gunt ꝗ̃ in tota domo. Cōtra hūc mo
dum diligendi deum peccant directe
quidā peccatores qui vellent ꝙ deus
non noſceret peccata eorūꝫ. vel vt ſibi
peccata eorū placerent. Contra quos
in ps. dicit dominus. Exiſtimaui ini
que ꝙ ero tui ſimilis. arguam te ⁊ ſta
tuam contra faciem tuam. Tales eñ
vellent deuꝫ non eſſe omniſcientē vel
ſumme bonū. Et hoc eſt deū velle nō
eſſe deū. quia ſcientia ſua ē deus met.
¶ Scđo contra hoc faciunt odientes L
deū. Vellēt eñ eū n̄ eſſe iuſtū punien
tem. imo triſtantur ꝙ iuſtus eſt. vt fa
ciunt etiam damnati. Dicit aūt Tho.
.ij. ij. q. xxxiiij. ꝙ odire deū inter oīa
peccata grauius eſt. quia in eo ꝑ ſe eſt
auerſio ab incōmutabili bono. In a
lijs autē eſt auerſio per accidēs. Ve
rum licet deus clare viſus a nullo poſ
ſit odiri. qꝛ ſic in eo nec apparens nec
verum malum videretur. Tamen o
ditur a malis viſus in ſuis effectibus
videlicet punitōnis. Sicut eñ vidēs
per croceū vitrū pulcrū hominē iudi
cat pulcrū ⁊ bene coloratū hoīem pal
lidum vel croceum eſſe. Sic peruerſi
per penas a deo inflictas eū iudicant

crudelē.ſm illō ps. Supcecidit ignis
ſcz peccati ꝛ maloꝝ effectuū. ꝛ non vi-
N derunt ſolem. Scōo ꝑceptū de dili-
gēdo deū ſuꝑ oīa debet fieri ordinali-
ter. ſic vicȝ ꝙ nos ꝛ oīa nr̄a in deū refe-
ramus. ꝛ in ſuā gloriā vltimate. ita ꝙ
quicq̄d diligimus volumus. agimus
ꝓpter deū. ꝛ eius gl'iam diligamꝰ aga
musꝛ omittamꝰ. qꝛ tunc in oībus re-
bus plus diligimꝰ deū ꝙ̄ res ipſas qn̄
ſuam gl'iam in oībus q̄rimꝰ vltimate
qꝛ ꝓpt qō vnūq̄dq̄ȝ tale ꝛ ipm̄ magis.
N prīo poſterioꝝ. Et ſm hoc intelligi
debet preceptū. Dilige dn̄m ꝛc̄. Qō
breuiusꝛ clarius ſic exponit Thom̄.
tractatu de perfectiōe ſpūalis vite. Et
eſt mēs ſcti Augꝰ. li. j. de doc. xp̄iana.
Nā dilectio ē actus volūtatis q̄ ſigni-
ficaṫ ꝑ cor. qꝛ ſicut cor ē pͥncipiū ma-
teriale oīm motuū corꝑaliū. ita volū-
tas ꝙ̄tum ad intentionē finis vltimi
que eſt obiectū charitatis ē pͥncipiū
oīm actuū quarūcūq̄ȝ potentiaꝝ que
mouenṫ a volūtate. He aūt ſunt tres.
ſcz intellectus q̄ ſignificaṫ ꝑ mentem.
vis appetitiua inferior que ſignificaṫ
hic ꝑ animā. Vn̄ ſm eā dicimur age-
re vitā animalē. Et vis executiua exte
rior que ſignificaṫ ꝑ fortitudinē ſiue
virtutē ſiue vires. Precipiṫ ergo nob
ꝙ tota noſtra intentio feratur in deū.
ſic ꝙ oīa actu vel habitu in deū referā
tur ſicut in finē. Qō impleṫ cū aliq̄s
vitaȝ ſuā ad dei ſeruitiū ordinat. ꝛ per
cōſequēs oīa q̄ ꝓpter ſeipm̄ agit v̄tua
liter ordinantur in deuȝ. niſi ſint talia
que a deo abducant ſicut peccata. Et
ſic diligitur deꝰ ex toto corde. Secun
do vt intellectus nr̄ totaliter ſubdatur
deo. ſic ꝙ homo credat ea que diuini-
tus traduṅt. ſm illō. ij. Coꝝ. x. In ca-
ptiuitatē redigentes omnē intellectū
in obſequiū xp̄i. Et etiā in meditatis
dei perfectionibus et talia ineſſe veli-
mus. ꝛ oīa memorata alia ſcz benefi-
cia in deū ordinemus. Et hoc eſt tota
mēte diligere. Tertio vt appetitus nr̄
inferior reguleṫ ſm deū. ꝛ quecūq̄ȝ hō
amat ſperat. ꝛ ſic de alijs paſſiōibꝰ in
deo. amet vniuerſaliter omnē affectio
nem ad dei dilectionem referēs nō in
voluptates carnis. Et qui ſic ꝑdit ani
mā ſuā in vitā eternā cuſtodit eā Joh.
.xij. Et h̄ ē ex tota aīa diligere. Quar-
to vt oīa exteriora nr̄a verba ꝛ oꝑa ex
diuina charitate deriuenṫ. ꝛ in dei ho-
norē dirigant. ſm illud. j. Coꝝ. vltīo.
Oia oꝑa veſtra in charitate fiant. Et
ſic diligiṫ deus ex tota fortitudine. et
talis ꝑfectio deuȝ diligendi cadit ſub
precepto. Qꝫ aūt oīa ſint in deū refe-
renda ꝛ ſuū honorē ptȝ. j. Coꝝ. x. Si-
ue māducatis ſiue bibitis ſiue q̄d ali-
ud faciatis. oīa in gloriaȝ dei facite. vt
in oībus honorificeṫ deus. Sic em̄ fit
debita recōpenſa deo. q̄ oīa in nos or-
dinauit. vt dicit mgr̄ in. ij. diſ. j. Quia
.j. Coꝝ. iij. Om̄ia nr̄a ſunt. Jus id do
cet naturale vt cuius ē arbor vl' ager.
eius etiā totus ſit fructus. Sed totuȝ
qō ſumusꝛ poſſumus ꝛ a deo accepi
mus ꝛ dei ꝓpriū eſt. ergo fructus ope
rum nr̄orum deo cedere debēt. Sȝ ꝑ
talia deo nullā vtilitatē adijcere poſ-
ſumus. cū ſm. ps. bonoꝝ noſtroꝝ nō
indigeat. iō oportet vt ad eius fiāt ho
norem. Itē cuiuſlibet veri ſerui om̄ia
oꝑa cedunt dn̄o lege ciuili. ſꝫ dei ſerui
ſumus ꝑ om̄ia a quo animā. corpusꝛ
resꝛ quicq̄d in illis boni cōtinetur ha
bemus. ergo noſtra opera dei honori
ſeruire iuſtiſſimū eſt. Notandū tamē
ꝙ ꝙ̄uis omnia ſint in deū ordinanda
vltimate. non tamē de neceſſitate ſūt
omnia immediate ꝛ in ſolū deū ordi-
nanda. Quia ſunt multi fines adin-
uicem ſubordinati in quos res recte
ordinari poſſunt. vltimate tamē totū
eſt in deum ordinandum. Exēpli grā
Comedere debes vt viuas. non econ-

uerſo. viuere vt opera licita facias ad que creatus es. operari bene vt vitam eternam habeas. que ſunt videre deū beatifice ⁊ eo frui. Et vitam eternam habere non ꝓpter cōmodum propriū vltimate. ſed propter gloriam dei que

D ſibi plus exercetur. ¶ Sꝫ queritur cū non debeam deum diligere ꝓpter vitam eternam ex prima expoſitione. poſſum ne alia bona opa facere preter deuꝫ diligere. videlicet deum laudare. orare. ieiunare. ⁊ ſimilia propter acquirendam vitā eternam: Reſpondetur ꝙ ſic. Ratio eſt. quia omnia preenumerata opera bona vie non ſunt formaliter dei dilectio. ſed effectus dilectionis. Dilectio enī dei facit quem deū colere. orare. ſctificare ſabbatum. multa precepta ſeruare. ⁊ ſimilia. Et talia tanꝗ minus bona ordinātur in maius bonū ſcilicet in vitam eternaꝫ. videlicet in dei viſionem claram ⁊ di-

P lectionē. ⁊ hoc eſt rectus ordo ¶ Secūdo queritur. an ad bonitatem actuum noſtrorū requiratur vt quis actualiter tendat per res prenominatas in deū ordine tacto. Reſpondetur ꝙ nō oportet actualiť ſic tendere. ſꝫ vt actꝰ noſtri ſint vere boni ſufficit ⁊ requiriť vt cadāt ſup debitā materiā. ⁊ vt alias ſint bene circūſtātionati. ⁊ ꝙ referanť in deum actualiter vel virtualiter. tamen quanto plus quis actu in deum referret. tanto plus mereť. Sicut mercator ad remotam terram paruā rem portans lucratur plus ꝗ alter cum equali re in propinquo manens. oportet enī ad minus hominē taliter eſſe diſpoſitum in animo per habitum acquiſitum ex actualibus relationibus in deum. aut per habitū infuſum. aut per generalem intentionē faciēdi oīa ꝓpter deum. ꝙ ſi ſe reſolueret ⁊ actualiter cogitaret de deo ⁊ de relatione in ipſum ſtatim referret in eum. Exemplum in ſimili. Pater amat filiū ꝓpter quem ditādum mercatur. circūit maria. terras pambulat. nō ſp actualiter talia ordinans in filij ditationē. ſꝫ ſufficit ꝙ labores ꝓnomiati impati ſint aliqñ a dilectione filij cuiꝰ imperij virtus manet in ſequētibus. Simile de volēti ire romā. nō oportet ꝙ in itinere pegrinus talis ſemper actu cogitet de fine. ſcꝫ de roma. ſed mediante vna ciuitate attingit aliam. Et ſic eſt in ꝓ-

poſito. ¶ Tertio queriť an ad hoc ꝙ E actꝰ noſtri ſint boni moraliter vel meritorie. exigatur ꝙ a charitate ſeu a dilectione dei incipiant ⁊ terminentur. originentur ⁊ ordinentur. Reſpondetur ꝙ ſic. Nam ꝙ oriri oporteat a dilectione dei. patet per Augꝰ. in de ſpiritu ⁊ littera. d. Non eſt fructus bonus qui de radice charitatꝭ nō ſurgit. Charitas autē eſt dei dilectio ex acquiſito habitu vel infuſo ꝓcedēs. Qꝫ etiā nullus actus ſit bonus moraliter niſi immediate tēdat in deum. vt dei dilectio ꝓmo modo expoſita vel mediate tendat ꝑ alia opa in deū finaliter. ptꝫ per Augꝰ. de ciui. dī li. xix. vbi dicit. Nullas eē veras virtutes ſi in deum finaliter nō referanť. Ex quibus pꝫ neceſſariū fore actus noſtros originari ⁊ terminari a deo in deuꝫ. Verbi grā. Ad hoc ꝙ dilectio tua vel proximi ſit bona moraliter. exigiť vt dei dilectio ſit cauſa dilectionis ꝓximi. ⁊ ꝙ ꝓximuꝫ diligas finaliter ꝓpter deū. Sic de elemoſyna ⁊ de alijs. Sed vt ſint opera nr̄a etiā meritoria. oportet vt ex infuſa dilectiōe ꝓcedāt. videlꝫ ex charitatis habitu. j. Cor. xiij.

¶ Capitulum. v.

Ontra hoc preceptum faciūt A
c plurimi creaturam ſibi pro fine ſtatuendo. quam creaturaꝫ plus deo diligunt. vt honores. diuitias, voluptates, ſcientiam, ⁊ plura

alia. Pro cuiꝰ intellectu notãduꝫ ſcḋm
Tho. pͥma.ij.q.j. ꝙ ſemꝑ eſt aliqd in
corde hoīs qḋ hõ ſumme diligit. ⁊ in
quod maxīe vitã ſuam ordinat. ⁊ hoc
dicit̃ vltimus finis hoīs. ⁊ ad illud ha
bet hõ quaſi ſpecialit̃ faciē aīe. id eſt
ſupremã intentionē ꝯuerſam. Et ſi hᷓ
eſt deus. tunc hõ eſt in ſtatu ſalutis. ⁊
ſi ſubito morereť ſaluareť. ſi vo ē crea
B tura iã eſt in ſtatu dãnationis. Vñ
regula talis a doctoribꝰ ſacre theolo-
gie elicit̃. Et ſit pͥma ad noſcendū pec
cata mortalia a venialibꝰ. Qñ amor
vel affectio ad creaturã ad ſe vel aliū
tm̄ creſcit. vel ē amor tãmagnꝰ ꝙ i eo
cõſtituit̃ vltimus finis .i. ꝙ aliqͥs nec
actu nec habitu ordinat illã creaturã
vel eiꝰ dilectionē. aut etiã ſeipm̄ i deū
ſꝫ vellet cū tali creatura ꝯtentari. ⁊ nõ
curare deū offendere nec ꝓceptū eius
trãſgredi ꝓpter illã creaturã. eſt mor-
tale pctm̄. quia ē aliqualis ꝯtemptus
dei. Et licet non ſit formalis tamē eſt
fruitio creature. ⁊ preponit̃ creatura
deo. Vel etiã cuꝫ aliqͥs vellet cū crea
tura hic ſemꝑ manere nõ curando de
btitudine. Licet em̄ nõ ſint rudes ſu-
per hoc temptãdi. tñ ſemꝑ talis amor
eſt pctm̄ mortale. Qñ autē aliqͥs dili-
git creaturã plus ꝙꝫ deberet ſꝫ tamen
ꝓpter hoc nollet deum offendere nec
amicitiaꝫ eius ꝑdere nec trãſgredi eiꝰ
ꝓceptum. non oportet ꝙ tunc ſit mor
tale. Alia regula ſecūda videlicet ſatiſ
ꝯcordans cum pͥma eſt. Qꝫ qñ aliqd
cõmittit̃ notabilit̃ cõtra dilectionem
dei hoc eſt mortale. qñ non tūc eſt ve-
niale. Qñ aūt aliqd fit cõtra dilectio-
nē dei poteſt attendi penes hoc ꝙ re-
pugnat charitati ⁊ amicitie quam ad
C deū hr̃e debemꝰ ſuꝑ oīa. Tertio mõ
diligēdus eſt deus ſuꝑ oīa apprecia-
biliter. ſi ꝙ tam care habeamꝰ ⁊ appre-
ciemur deū ꝙ ꝓpter nullã creaturã eo
carere vellemꝰ. ſꝫ oībus aliis a deo cū

eis ꝓponimus. ⁊ ꝙ tam firmo amore
deo adhereamꝰ ꝙ ꝓpter nullã creatu-
rã. nec ꝓpt̃ oēs ſimul aliquid faciamꝰ
aut velimꝰ ꝯtrariū diuine dilectiõi. i.
ꝯtrariū dei preceptis. Que em̄ delibe
rate ſiunt ꝯ diuina ꝓcepta. ſūt ꝯtraria
diuīe dilectiõi ⁊ charitati. qꝛ ſunt pec
cata mortalia q̃ tollunt charitatē. Il-
lud ēt videt̃ velle Sco. i. iij. diſ. xxvij.
vbi dicit. ꝙ hõ debet deū extenſiue di
ligere ſuꝑ oīa. ita ꝙ nullum aliud nec
oīa alia ſiľ ſint eque apꝓciabilia ſicut
deꝰ ſꝫ ꝙ oīa alia vellet citiꝰ nõ eē ꝙꝫ de
um nõ eſſe. Et debet etiã intēſiue deū
diligere ſuper oīa. ita ꝙ faciliꝰ deberet
inclinari ad cõtrariū dilectiõis cuiuſ-
cunqꝫ alteriꝰ ꝙꝫ ad cõtrariū dilectiõis
dei. Eſt aūt ratio hoꝝ. qꝛ deus eſt illa
ꝓcioſa margarita quã negociator ille
inuenit qui abijt ⁊ vendidit vniuerſa
que habuit ⁊ emit eam. Matth. xiij.
Item cuꝫ deus infinitꝰ ſit in bonitate
mīa. ⁊ ſimilibꝰ attributis intenſiue ⁊
extenſiue. ideo ꝑ infinitis mūdis nõ
deberet offendi. ſcḋm Aug. Cur deꝰ hõ
Item ſtultiſſimꝰ eſſet q̃ ꝯtempto the-
ſauro grandi papilliões inſeq̃reť ſicut
pueri. qḋ tñ faciunt qui creaturã plus
ꝙꝫ deum diligunt. Contra hoc ꝓce-
ptum faciūt quicunqꝫ intuitu alicuiꝰ D
lucri temporalis conſequēdi. vt fit in
emendo vel vendēdo. aut delectatio-
nis vt fit luxuriando. aut honoris vt
fit ſuꝑbiendo. vel vane gloriando. fa-
ciunt cõtra dei ꝓceptum. Tales nõ di
ligunt deū ſuꝑ oīa. ſꝫ diligūt creaturã
plus ꝙꝫ deum. quia ꝓpter eã plus pla
cet eis talis creatura ꝙꝫ diuina volun-
tas in ꝓceptis. Et appreciant̃ vere vel
interꝓtatiue creaturã plus ꝙꝫ deū. vñ
Aug. li. de li. ar. diffiniēs pctm̄ morta
le dicit. Eſt ſpreto incommutabili bo
no. rebus mutabilibꝰ adherere. Vn-
de Matth. x. Qui amat patrem aut
mr̃eꝫ plus ꝙꝫ me nõ ē me dignꝰ. aut q̃

amat filiū aut filiā ſup me nō ē me di
gnus. ¶ Secūdo cōtra hoc preceptū
faciunt qui amore alicuius pſone. vt
Adaz reſpectu Eue. ⁊ malo amore ca
pti reſpectu pſone dilecte ne pſonā ta
lem cōtriſtēt negligūt dei preceptuz.
⁊ ꝯtra ipm faciūt dei bñplacitū nō cu
rātes. Tertio qui timore alicui⁹ pſo
ne vt ſerui ꝓpter dños deo obedire in
ꝑceptis omittunt. ⁊ ſic creaturā vilez
creatori ꝑcioſiſſimo ꝑponūt. Ex di
ctis patere poſſunt doctoꝝ q̄dam re
gule. Et ſit tertia in ordine. Quicq̄d
cōmittit vel omittit cōtra ꝑceptū dei
vel eccl'ie vel legis nature vl' ſupioris.
ſi talia ꝑcepta ſint de neceſſitate ſalu
tis vel cōtra votū ſolēne vel priuatuz
vel ꝯ iuramentū licitum. ſp ē mortale
pctm̄. q2 eſt dictū vel factū vel cōcupi
tū ꝯtra legē eternā. ſic em̄ diffinit Au
guſ. ⁊ allegat magr̄m. ij. diſ. xxxv. Qñ
ꝟo citra tūc nō oportet ꝙ ſit mortale.
Item ptz ꝙ talia ſub dei mādatis ꝑce
ptiuis cōtinent. ¶ Alia regula ē quar
ta videlicet. Qñ aliq̄d fit cōtra cōſciē
tiam vere vel falſe dictantē aliq̄d eſſe
mortale. ē mortale pctm̄. q2 eſt ſpreto
vere vl' interꝑtatiue in cōmutabili bo
no rebus mutabilib⁹ adherē. vt btūs
Augu. diffinit pctm̄ mortale in li. d̄ li
bero arbi. ⁊ eſt cōtra tertiā expoſitio
nem. ⁊ cōtra apoſtolum Roma. xiiij.
Qui diſcernit ſi mādūcauerit dānat⁹
eſt. quia non ex fide. glo. id eſt ſcḋm cō
ſcientiam. Unde conſcientia erronea
ligat nō inq̄ntum erronea. ſed inq̄ntū
conſcientia. Item vel qui facit contra
conſcientiā formidantē ꝓbabiliter vl'
dubitatiue an aliq̄d ſit mortale. tunc
ſemꝑ eſt mortale pctm̄. Quod autem
nō ſit cōtra conſcientiaz adhuc pōt eē
mortale. ſi ꝯſcientia nō ſit ſatis inſtru
cta ⁊ ſufficiēter. Unde eſt regula mgr̄al'
Dubitans de aliq̄ an ſit illicitū ⁊ ſtan
te dubio illud agēs peccat. Sed hanc
regulam exponit Cancella. pariſieñ.
Johannis de gerſona. tractatu de pol
lutione vna cuz Guil. altiſ. dicēs. In
telligendā eſſe de dubio tali quod eſt
vehemens et magis aut eque ſaltem
inducit mentem credere ꝙ mortale ē
illicitum. ſicut ꝙ eſt licitum. Imo Al
bertus adhuc facilior eſt. Secus eſt
vbi mens plus inclinat et iudicat qd̄
eſt licitum ꝙ̄ illicitū. Quis nō habeat
vſq̄quaq̄ certitudinem euidentē aut
fixam. quia nec hoc ipm requirit. Itē
Cancellarius in de vita anime. dicit.
iſtam regulam ſic. exponēs ſe diſcri
mini peccati mortalis peccat mortali
ter. debere intelligi nō de om̄i dubio
ſed de ꝓbabili ⁊ vehementi. Probat
per illud Eccl'. iij. Qui amat periculū
peribit in illo. Exēplum ponit de ſciē
ter ponente ſe dormitū ꝓpe ſerpentes
qui ſe periculo cōmittit intoxicatiōis
Pro intellectu taliū ſunt notande re
gule tredecim. q̄s ponit i diuerſ locis
Cācella. in florib⁹ regulaꝝ moraliū. ⁊
li. iiij. d̄ ꝯſo. theologie. Prima eq̄tas
quā noiat ph̄s epycheyā ꝑpōderat iu
ris rigori. Eſt āt eq̄tas iuſticia pēſatis
oib⁹ circūſtātiis ꝑticularib⁹ dulcore
mie tꝑata. h intellexit q̄ dixit. ipe etiā
leges cupiūt vt iure regant. Et ſapiēs
Noli eē iuſt⁹ nimis. alioq̄n ſūma iu
ſticia ſūma iiuſticia fit. Et pſ. Dia mā
data tua eq̄tas. dei ſcz. i. cū eq̄tate pē
ſanda. Scḋa. Ambulādū ē in via vir
tutū doctrina via regia vt nec ſtricti⁹
fiat dei mādatū nec lati⁹ ꝙ̄ ipe māda
uerit. Quis idē ſumē poſſint aliq̄ aut
malicie velamē. aut ecōtra in deſpera
tionē corruere. non tñ oib⁹ ꝓ oi tꝑe ⁊
loco ꝑdicādaz aſſerim⁹ quālibet vita
tē. Tertia. Bonaꝝ mētiū eſt ibi agno
ſcere culpā vbi culpa nō ē. Agnoſcere
inquā nō ꝑ aſſenſum firmū. hoc enim
ſtultuz ꝑiculoſumq̄ foret. Sed ſic vt
dolcat aut peniteat hō poſtmodū q̄ſi

veraciter in culpa teneret̃.hoc intelli-
gitur de ꝓteritis. Nõ dicti eſt.q꞉ certiſ
ſimũ eſt ꝙ ſine dei gr̃a dãnati ſumus.
Et ꝙ nullus omnimode cert⁹ eſt ſe eẽ
in gr̃a.nihilqꝫ nr̃m ẽ ꝛ a nobis niſi pec
cata. Quarta loquẽdo de futuris agi
bilibus vel credibilib⁹ nõ reputet̃ cul-
pa vbi culpa nõ eſt.alioqn cauſaretur
erronea ꝯſcientia hic. ꝯtra quã ſi ali-
quid attentet̃ fieri iã culpa ẽ ſi fluctu
et anim⁹. Quinta ſub hac dubitatiõe
fluctuãs velut vtrũlibet neſciẽs quid
acturus ſit.ꝯſiliũ ẽ vt agat. q꞉ expone
ret ſe diſcrimini quo caſu certũ habe-
at ꝙ peccet. Sexta ſi vis quicꝙ ſecur⁹
agere cert⁹ ſis illud eẽ bonũ necꝫ virtu
ti ꝯtrariũ. Sꝫ refert q̃ certitudine.ſuf-
ficit nẽpe certitudo moralis q̃ eſt infi-
ma. Nec exigit̃ ſcõa certitudo ſupna-
turalis q̃ eſt nobiliſſima clare euiden
tie ꝓut videt̃ deus in gl̃ia.nec ꝓpheta-
lis reuelatio vt i ꝓphetie dono.nec ad
herẽtie q̃ diuie autoritati innitit̃.vt in
articulis fidei ꝛ ſacre ſcripture. nec ter
tia certitudo exigit̃ naturalis q̃ habet̃
ex demõſtratione. vt prima ꝑncipia.
Eſt aũt moralis ſiue ciuilis certitudo
que tãgitur ab Areſtotele in ꝑncipio
ethicoꝝ.cuius ſnĩa eſt. Diſciplinati eſ
ſe in vnaquaqꝫ re certitudinẽ querere
iuxta exigentiã materie. Eque eñ vi-
tioſum eſt inquit ꝑſuadentẽ querere
mathematicam ꝛ moralẽ demõſtrare
nõ eñ cõſurgit certitudo moralis ex
euidentia demõſtratiõis.ſꝫ ex ꝓbabi-
libus cõiecturis groſſis ꝛ figuralibus
magis ad vnã partẽ ꝙ̃ ad alterã. Hec
certitudo moralis ſufficit vt vel nõ ſis
in peccato dũ facis qđ in te eſt.i.dum
bene vteris donis iam habitis aut ſal
tem peccatũ non incurris nouũ ꝑ te-
meritatem. Exẽpli gratia.in celebran
do.orta eſt eñ ex diligentia tua prepa
rationis excuſatio. Septima regula.
Certitudo moralis per doctrinã colli

gitur altero triũ modoꝝ.quoꝝ vnus
prouenit ex alterius autoritate alius
ex ꝓpria eruditione.tertius ab experi-
mentali certitudĩe. Sub primo viuũt
inſipiẽtes ꝛ aĩales.qui aũt nõ hñt cla-
ram ſue complexionis armoniam vel
aliã gr̃am gratis datã qua faciliter cõ
cipiunt̃ agenda ab eis qui ſcriptu ras
intelligũt vt Aug⁹. Tales ab alijs re-
cipere hñt intelligentiã ſcripturarũ et
alijs credere ꝛ obedire litteratioribus
Sub ſcđo ſunt ꝓficiẽtes ꝛ rõnales. q̃
ꝓueniũt ſcꝫ ex ꝓpria eruditiõe. ꝛ orit̃
hic modus nutriturqꝫ ex ſtudioſa per
ſcrutatiõe diuinoꝝ mandatoꝝ in ſa-
cra ſcriptura contentoꝝ q̃ legi debent
puro fideli ꝛ integro corde. Sb tertio
ſunt ꝑfecti ꝛ ſpũales ſcꝫ ſub experimẽ
tali cõſuetudine. De qb⁹ apl̃s. Spũa-
lis hõ oĩa iudicat ꝛ ipe a nemine iudi
cat̃. Et alibi dicit̃. Nihil dulcius ꝙ̃ re
ſpicere in mãdatis dei. Hñtes eñ vir-
tutũ habit⁹ ex eiſdẽ inclinant̃ ad recte
iudicandũ de agibilib⁹ eoꝝ non ex ha
bitu ſciẽtie ſolũ.ſꝫ ex naturali virtutis
inclinatiõe.puto ꝙ religionũ inſtitu-
endarũ principalis cauſa fuit autori-
tas regiminis cui obedientia ꝑſtaret̃
plus ꝙ̃ ꝓprie rõni. q̃ in plurimis du-
bia eſt valde ꝛ debilis ꝛ incerta.huma
na eñ agibilia tantã habẽt variabilita
tem.dicẽte Areſtotele.ꝛ teſte experien-
tia.vt vſu magis ꝙ̃ arte ꝯſtare videan
tur. Octaua ẽ certitudo moralis non
ſemꝑ ſcrupulos oẽs abijcit.ſufficit vt
contẽnat vel ſuperet ſic opando qua-
ſi nõ ſint. Eſt aũt ſcrupulus in ꝓpoſi-
to vacillatio ſeu dubitatio quedam cõ
ſurgens cum formidine ex aliquib⁹
coniecturis debilibus ꝛ incertis alio
quin ſi ex vehemẽtibus argumentis
ꝛ ꝓbabilioribus ꝓ hac parte ꝙ̃ ꝓ altera
dubitatio cõſurgeret. iam nõ ſcrupu-
lus ſolus vel leuis dubitatio cũ trepi
datione dici oportet. ſed moralis de

tranſgreſſione certitudo. Nona regu-
la eſt. Moralis certitudo nō pōt ſub
vna regula tradi q̄ ſufficiat in oī caſu
conſcientiā agentis reddere ſecurā ſe
nō deliquiſſe. id ex euētu rex perpēdi
ſepiꝰ ſolet. Propterea cōſtitute ſūt in
figura tres ciuitates refugij fides ſpes
charitas. cōtinētes lauacrū penitētie
ꝛ immunitatis aſilū. q̄tenus pax cōtur-
bata p̲ ea q̄ feciſſe formidat homo re-
formet. Decima regula eſt. Ois agēs
cōtra conſcientiā edificat ad gehēnā
ſi conſcientia ſit fixa ꝙ id qḋ agit eſt
mortale vel veniale ſolū. quantū ē ex
parte vnius circūſtantie que ē facere
cōtra conſcientiā ſi cōſciētia iudicet il
lud ſolū eē veniale. Vndecima. expo-
nere ſe p̲iculo peccati mortalis ē pec-
catū mortale. vel ſic agere incertū et
dimittere certū in materia morali eſt
peccatū mortale. ſi tale ſit incetū ꝙ ſit
mortale. nō ſolū p̲ coniecturas leues
aut ex ſuſpitiōe trepida aut ſcrupulo
ſa p̲ueniente ex nimio timore caden-
di in via dei. ſed intelligit dū tale ē ve
hemēter ꝛ p̲babiliter incertū eque ſic
oppoſitū vel magis. Tūc em̄ illḋ qḋ
agit nō carebit mortali culpa. alit̄ nō
oportet. Idem dicit Altiſiodoreñ. Al
bertus adhuc ē benignior in libro de
homine. vbi ſic q̄rit. vtx ꝯſciētia ſp̲ ob
liget ad faciēdū. Rñdet. ſine p̲iudicio
loquēdo dicimꝰ ꝙ nō obligat ad faci-
endū niſi ſit vt opinatū vel vt creditū
vel vt ſcitū illud qḋ eſt in ꝯſciētia. Et
tūc obligat ſiue cōſcientia ſit erronea
ſiue nō erronea. Non aūt obligat ſm̄
eūdē ſi ē vt dubitatū aut vt ambiguū.
Duodecima regula ē. Conſiliū ſalu-
bre eſt frequēter agere ꝯtra ſcrupulo-
ſos leues ꝛ trepidos citādo eos ad ali
orū iudiciū quatenus ex ꝯſuetudine
fiat hō robuſtꝰ ſolidus ꝛ tranquillus
in exercitio ſp̄uali. Exemplū in domi
ficatoribus ꝛ fundibularijs. Tredeci
ma. In nullo caſu eſt perplexꝰ aliq̄s
inter duo pctā qn ei pateat exitꝰ abſq̄
nouo pctō. Nā ſi iurauerat quiſpiam
ſe occiſurū Petrū innocentē. nō occi
dat eū. ipſe nō peccauit nouiter. ſȝ iam
peccauerat in iurādo. Si autē dictet
ſibi cōſcientia erronea ꝙ Petrꝰ inno
cens eſt. ſtatim occidendus ab eo. di-
mittat hanc ꝯſcientiā ꝛ liberatꝰ ē. Si
poſtremo incidāt duo p̄cepta incom
paſſibilia ex culpa ſua agat id qḋ de ſe
eſt magis obligatoriū ꝛ a nouo pctō
immunis exiſtet. Dubia plura hic G
occurrūt. Primo qñ hō teneat dilige
re deū. ſup oīa. Rñdet ꝙ nō ſp̲ ꝛ p̲ ſp̲.
q2 ē p̄ceptū affirmatiuū. Rō eſt. quia
actualiter deū diligere ſp̲ eēt impoſſi-
bile p̲pter humanā infirmitatē. ꝛ p̲pt
mlta impedimēta. Dicit tñ Sco. in ter
tio diſ. xxvij. ꝙ ad actualit̄ implēdū
obligat diebꝰ feſtiuis. ita ꝙ oī die feſti
uo. ꝛ potiſſime dñicis diebꝰ in p̲ncipa
libꝰ feſtiſ teneat hō ſe recolligere ꝛ deū
ſup omīa actualit̄ diligē. vt patebit de
ſctificatōe ſabbati clariꝰ. Et lȝ p̲tūc te-
neat ex p̄cepto. tñ omī momēto tene-
mur pctā vitare ꝛ bñ agere. Et forte ni
mis inchriſtianū eēt ſi ue foret nō q̄tti
die de mane ſaltē aliq̄liter cor ad deū
conuertere. ꝛ q̄uis prepeditus legiti-
me excuſetur de audiētia miſſe inter-
dum die dñico. tamē nunq̄ videt̄ q̄s
excuſari quin in die tali teneat deum
diligere ſuper oīa. quia ſolo corde im
pleri poteſt. Vnde dicit Sco. in ter-
tio diſ. xxvij. Si aliqua neceſſitas ex-
cuſat ab executiōe audientie miſſe do-
minico die. neceſſe ē ſupplere in aliq̄
equiualēte. vt ſaltē die illo deputato
ſp̄ali cultui diuino aliq̄s actus habe-
atur relatus immediate in deū ad eiꝰ
reuerentiā. Dubitatur ſecūdo. An H
preceptū hoc de dilectione in via poſ-
ſit impleri a nobis. Reſpondetur ſm̄
Tho. in libro de perfectōe ſpiritualis

vite.triplex eſt gradus deuz diligēdi.
Primus vt diligat̄ q̄ntū diligibilis ē
⁊ hic a ſolo deo attingitur. Ratio.q̄
ſimpliciter infinite bonus diligibilis
⁊ amabilis ē.⁊ ſic nec in patria a crea
tura q̄cunq̄ diligit̄. Secūdus vt dili
gat̄ deus ſm̄ totā virtutē alicu⁹ dili
gētis. ⁊ ſic ſolū in patria a nob̄ pficie
tur. ⁊ ad h̄ hic ſuſpirare debem⁹. Ibi
em̄ oīa nr̄a ſcilicet cor. id eſt.intentio.
mens.id eſt.intellectus. aīa.i.oīs no-
ſter appet⁹.⁊ fortitudo.id eſt.exterio-
ra noſtra.totaliter in deū ferent̄ dile-
ctiue. Terti⁹ gradus ē deū diligēdi.ſi
cut expoſitū ē tripl'r hoc p̄ceptū. ⁊ ſic
J in via impleri pōt. ¶ Dubitat̄ tertio
An deuz plus amare deberes ſi p̄ te
ſolo mūdū creaſſet.redemiſſet. ⁊ glo-
rificaturus eſſet te ſolū in patria.⁊ nō
alijs vel p̄ alijs hec faceret vel factu-
rus eſſet. Rūdet Hugo.li.ſoliloquij
ſui vbi hō cuz ſua aīa loquit̄. Q̄ imo
plus.q̄ plura ſic ſingulis ꝯtulit. Nā
aīa dic̄. Ecce vnice dilectū ⁊ electū di
ligo.ſ; hāc hui⁹ dilectōis mee iniuriā
patior q̄ ſolū diligens ſola nō amor.
Vbi rūdet hō. Caue aīa ne(q̄d abſit)
nō ſponſa ſed meretrix dicaris ſi mu-
nera dantis.id eſt. dei bn̄ficia plus q̄
amātis affectum diligas.Et poſt hoc
oſtendit.q̄ tria velut arras quaſdā q̄
libet aīa a deo ſpōſo ſuo recepit. Pri-
mo quedā cōmuniter.ſecūdo quedaz
ſpecialiter.tertio q̄daz ſingularit̄.Cō-
muniter vt celum ⁊ terrā ⁊ eorū orna-
tum.q̄ p̄ticipant piſces aues ⁊ beſtie.
Specialiter.intellectū.memoriā.vo-
luntatē.dn̄ium fr̄e redēptionē in paſ-
ſione ⁊ glorificatione. Singularit̄ vo
q̄ in vtero mortu⁹ nō fuiſti.q̄ peccan
tem te expectauit. penitentiā dedit.et
innumerabilia alia. Cōmunia finalit̄
deus ꝓpt̄ te creauit. q̄ licet de⁹ amet.
plus tn̄ te. q̄ in tuū obſequiū.q̄ ſi de⁹
non creaſſet. q̄t oblectamētis careres

Specialia ꝓpter te in via fecit.vt p̄ ſo
cietatē ſine qua nulli⁹ boni iocūda ē
poſſeſſio p̄ p̄xios hoīes haberes. In
patria vo q̄t indicibilib⁹ careres gau-
dijs ſi ſola ſaluareris. plus g̃ tibi ꝯtu-
lit alia diligendo q̄ ſi ſola amareris.
Nec putes diſtrahi deuz qui infinit⁹
nō minus te diligit.plures diligendo
Oīa em̄ vt ait apl's noſtra ſunt. hec ē
ſentētia.ibi Hugonis. ¶ Quarto vi .R
dēdum eſt. q̄ rōnabile ſit deū dilige-
re ſup oīa.⁊ quare teneamur. Primo
q̄ ſimplicit̄ ſumme bon⁹ ē.imo boni
tas ipſa.⁊ ſic eſt amabilis infinitez de
ſiderabilis.ideo ſi poſſibile eſſet ifini-
te a nob̄ diligendus foret. Vn̄ Bern.
de diligendo deū. In q̄libet alia affe-
ctione noſtra oportet ſeruare modū ⁊
terminū ꝯſtituē. vltra quē aſcēdendo
fieret affectio vitupabil'. vt p; de dor-
mitiōe ⁊ vigilia.gaudio.triſticia.⁊ ſic
de ſimilibus aīe paſſionibus. In di-
lectione aūt dei p̄ quā maxime attin-
gimus finē noſtrū vltimū nō pōt eſſe
exceſſus. Item naturale eſt vt bonuz
diligat̄ ⁊ melius amplius. ergo opti-
mū ſumme diligendū ē. demōſtratio
em̄ naturalis iſta ē.Et hec ſc; bonitas
diuina debet eſſe finis et cauſa noſtre
dilectionis.ſ; oīa q̄ in ſequētibus dicē
tur debent eſſe occaſiones ⁊ cauſe effi
ciētes āmonētes nos vt deū ꝓpt̄ ſeip̄z
finaliter diligam⁹.Et ꝓpter hoc ſoluz
q̄ bon⁹ eſt. Secūda ratio.q̄ ip̄e prior
dilexit nos. ⁊ plus q̄ noſipſos diliga
mus.quia ſm̄ Aug.de cathetizandis
rudibus. nulla maior ē ad amorē in-
uitatio q̄ p̄uenire amantē. Et nimis
durus eſt qui ſi impēdentē dilectiōez
reamare negligit. Dilexit em̄ nos de
us ifinite pfect⁹.miſeros dilexit.eter-
naliter.dilexit neſciētes ⁊ reſiſtentes.
Eph.ij. De⁹ cū diues eēt in mīa ꝓpt̄
nimiā charitatē ſuā q̄ dilexit nos ⁊ cū
eſſemus mortui peccat̄. ꝯuiuificauit

nos in xpo. cuius gratia ſaluati eſtis.
Ioh. iij. Sic deus dilexit mundũ vt
filiũ vnigenitũ ſuũ daret. vt ois q̃ cre-
dit in eũ nõ pereat. ſ3 habeat vitã eter
nã. Tertia rõ. quia pater eſt amplius q̃3
parẽtes carnis. eo q̄ de⁹ nos ⁊ pntes
creauit. vt dic̃ Damaſ. li. j. c. xv. Vn-
de cũ naturale ſit ius ⁊ diuinũ pntes
diligere. plus deu3 tenemur diligere.
ppendam⁹ q̃nta bñficia cõtulit in ſin
gulis mẽbris corpis ⁊ potẽtijs aie. de
quibus ſi oculis priuati a medico gra
tis reſtitutione3 recipem⁹ grati valde
eẽmus ei. vñ plus ei dilectio exhiben
da eſt q̃ totu3 corp⁹ dedit. Quarta q̄r
noſter gubernator. regit em̃. fouet ⁊ p
tegit. Multũ diligit̃ rex optie regens
ergo ſumme diligat̃ qui celu3 terrãq̃3
⁊ oia elemẽta optimo ordie regit. xpĩ
hoies electos potiſſime. Roma. viij.
Scim⁹ q̃m diligẽtib⁹ deũ oia coope-
rant in bonũ. nam ſm Aug. de⁹ mala
fieri nõ ſineret niſi meliora inde elice
re ſciret. Itẽ multũ diligit̃ paterfami
lias q̃ regẽdo. cibaria ⁊ neceſſaria mi-
niſtraret. plus g̃ diligẽdus eſt q̃ pter
noſtrũ cõmodu3 oia creauit. Oia em̃
ſm apl̃m noſtra ſunt. angeli nunc mi
niſtrãdo. tandẽ in patria congaudendo.
Mala etiã pter nos in bonũ vertun
tur Magnũ bñficiũ q̄ generalẽ influ
entiam nob et alijs xpĩ nos irradiat.
Quã ſm Greg. ſi ad inſtans ſubtra-
heret in nihilu3 oia flueret. Quinta q̄r
nr̃ redẽptor eſt. Utru3 em̃ nob bonũ
in h̄ ꝯtulit. qui eram⁹ i captiuitate dia
boli. morti et̃ne addicti. p̃cio carẽtes
redẽptiõis. q̃s p filiũ ſuũ vnigenitu3
dilectiſſimũ ſibi p ei⁹ vitã pfectiſſimã
p mortẽ crucẽq̃3 redemit. Qui Rom̃.
. viij. pprio filio ſuo nõ pepcit. ſ3 p no-
bis oib⁹ tradidit illũ. Et q̃3uis oia dei
bñficia ſint innumerabilia mltitudie. ⁊
ineſtimabilia magnitudie. crebro pre.
oculis cordis tenẽda velut ſcintille di

uine charitatis ad nos calefaciẽdum
apta. Et tñ q̃ moriẽdo ptulit tan q̃3 in-
gens ignis debent nos maxime mo-
uere ad deum diligẽdum. Sexta q̄a
ſuam preſentia3 veriſſime quotidie in
euchariſtie ſacramẽto cum imolatur
porrigit. parat⁹ nos exaudire ampli⁹
q̃3 ſi oculis videremus directe corpo-
reis. Beati inquit qui nõ viderunt et
crediderunt. Ait em̃ de hoc. Ego vo-
biſcũ ſum vſq̃3 ad cõſummationem ſe
culi Matth. vlti. Septimo quia pro-
miſit ſe diligentibus premiũ inexco-
gitabile. quia Ioh. xiiij. Si quis dili
git me. ſermonẽ meum ſeruabit. ⁊ pa
ter meus diliget eum ⁊ ad eum venie
mus ⁊ manſionẽ apud eum faciem⁹.
quod erit in patria pfectiſſime.

Capitulum. vj.

QUarto hic mandat̃ nobis ſer- A
uitus deo exhibenda a noſtro
corpore. hoc em̃ Chriſtus oſtẽ
dit cum dicit Matt. iiij. Dñm deũ tu
um adorabis. ⁊ illi ſoli ſerujes. Ubi
primo videndũ de rõne ſeruitutis cor
poralis quã deo tenemur. ⁊ quot ſint
quib⁹ corpaliter deo ſeruire debem⁹.
Secundo cur illa facere debemus. et
quãdo. Tertio qui cõtra hoc faciunt.
Quo ad primũ notandũ q̄ ſm Hie-
rony. in pmo mandato precipit̃ latria
id eſt ſeruitus, adoratio ſeu reuerẽtia
et honor deo ſoli exhibẽda. Et hoc fit
corde p fidem. ſpem ⁊ charitatẽ. Sed
corpe fit ſicut in precedenti capitulo
dictum eſt. Rebus vo exterioribus p
plura alia. Et de tali dicit Tho. ſcda
. ij. q. lxxxv. q̄ adoratõ duplex ẽ. Una
interior in vera mẽtis deuotiõe. Alia
exterior in corporis exhibitione. que
fit alicui tan q̃3 ſupmo omniũ domio
⁊ talis cultus eſt ſoli deo debitus. q̄a
deus eſt ſummus noſter domin⁹: rex
⁊ pater ratione creationis. Unde in
recognitionẽ noſtre ſubiectiõis ad ta

lem dominū ei obſequia exhibere te-
nemur corpalia. ſicut ꝛ ſerui dñis tem
poralib⁹ corpaliter ſuiunt. ꝛ reuerē-
tiam eis faciunt corporalē. Et hoc tā-
git Malachie .j. Si ego pater veſter
vbi honor meus. Patris em̄ eſt ꝑdu
cere ꝛ gubernare. Vñ apl's Rom̄. xij.
Exhibeatis corpa veſtra hoſtiā ſanctā
B viuentē deo placētem. rōnabile obſe-
quiū vr̄m. Exhibet aūt reuerētia et
honor ac ſeruitus deo a noſtro corpe
multipliciter per geſtus. Quidā ſunt
cōmunes. Alij quibuſdam ſpeciales
Cōmunes ſunt inclinatio capitis orō
vel laus dei vocalis. pectoris tunſio ꝑ
manum. dorſi inclinatio. genuflectio
ambulatio ad loca ſancta. totius car-
nis maceratio ꝑ ieiuniū eccleſie. ꝛ to-
tius corpis proſtratio. vel manuū ad
modū crucis extēſio. fletus ꝛ gemit⁹
ac his ſilia. q̄ deo reuerenter exhiberi
poſſunt in recognitōnē vniuerſal' ſibi
dominij. Sed notādū ꝙ taliū geſtuū
quidā fiunt cōmuniter in eccleſia vel
in publico. ꝛ talibus reuereri debem⁹
in publico. Quia de h̄ Matth. v. dici
tur. Sic luceat lux veſtra corā hoībus
vt videāt opa veſtra bona ꝛ glorificēt
patrē veſtrū qui in celis eſt. Alia ṽo
licet ſint ſigna hūilitatis ꝛ dei obſeq̄a
tn̄ ſi nō ſolent fieri a multis deuotis ī
publico. debent fieri ſolū in ſecreto. vt
ſunt venia. ad modū crucis expanſio
magna pectoris tunſio. Et de his dr̄
Math. vj. Tu āt cū oraueris intra in
cubiculū ꝛc̄. Nam ſm glo. ſup illud
Matth. xvij. Hoc gen⁹ demonioꝝ n̄
eijcit niſi i ieiunio ꝛ orōne. Dīo ibi ca
pit ꝑ talib⁹ geſtibus q̄bus deo ſuim⁹
ꝛ eis mediātib⁹ ꝯtinue oram⁹. Alij ge
ſtus corpis ſūt q̄buſdā deuotꝭ ſpāles
vt criniū abſciſio. ocloꝝ ad celū leua-
tio. auriū ad dei ṽba vel laudis atten-
tio. nariū in hoſpitalib⁹ corā infirmis
fetidis afflictio. oīm ſex operū mie ex
hibitio. q2 q̄d mīmo feciſtis mihi feci-
ſtis Matth. xxv. Lingue ꝑ abſtinētiā
aliquoꝝ delectabiliū licitoꝝ cruciatō
veſtium duraꝝ induitio. q̄bus tactus
affligit. ꝛ ꝑ caſtitatē cōiugalem vidua
lem ac virgineā corpis ſui imolatio.
talia em̄ corpis obſeq̄a deo exhibere
debemus. Sed diceres. poſſumus C
ne talibus. ſanctos venerari: Reſpon
ſio ꝙ ſic. ſaltem quo ad aliq̄. aliter ta-
men ꝙ̄ deū veneramur. Talia em̄ de-
bemus deo exhibere in recognitioneꝫ
vniuerſal' ſui dominij. Et talis honor
iſto mō nullaten⁹ exhibēdus eſt ſan-
ctis. ꝫ eoſdem geſtus aliq̄s ſaltē exhi
bere poſſum⁹ ſanctis tanq̄ꝫ dei amicꝭ
quoꝝ reſpectu ſumus inferiores. qui
ſunt domini noſtri. ꝫ nō principales
potētes nos iuuare. Vbi notandū ꝙ
venerari ſeu adorare poſſum⁹ aliq̄ tri
pliciter. latria. dulia. ꝛ hyperdulia. vt
declarat Tho. in tertio diſ. ix. ꝛ cōmu-
niter doctores idīdē Latria. idē eſt ꝙ
ſeruitus deo exhibita. ꝛ poteſt fieri vl'
potuit licite his videlicet. trinitati ꝑ-
ſonaꝝ diuinarū. tribus angelis quos
Abraam vidit. colūbe ſuꝑ xp̄m appa
renti. voci paterne. ſcripture ſacre ver
bis inq̄ntū a deo ꝓceſſerūt. hūanitati
xp̄i deo vnite. cruci xp̄i. imagini xp̄i.
ſacramēto euchariſtie. veſtimētis. cla
uis ꝛ lancee xp̄i. Dulia ṽo ſeruit⁹ eſt
exhibita creature. ꝛ veneratio qua ho
norare poſſumus hec. videlicet ange
lum. aīam beatā. beatā virginē. ima-
ginē vtriuſq̄ꝫ. corpus alicui⁹ ſancti ca
nonizati. ꝑſertim ꝛ publice. pulueres
eiuſdē. oſſa. talos. veſtes. vngues. ꝛ ſi-
milia cōtrectata a ſctis canonicatis ꝑ
ſertim. ꝛ materiā de qua pōt ꝑcipi ꝙ
fuerit in corpe alicui⁹ talis ſancti. Sꝫ
hyperdulia. i. maior dulia. q̄ venerari
poſſumus Chriſti crucem. Mariā vir
ginem. ꝛ ſex ſacramēta alia ab eucha
riſtia. Hec Heinricus de gandauo in

quodlib. Et Bern. claromōtenſis ibi
dem. Sed querit. An poſſet aliquis
licite aliquē defunctū quē ꝓbabiliter
crederet eſſe in celo venerari ⁊ inuoca
re. Reſpōdet Hoſti. ⁊ Joh. an. in no
uellis de reliquijs ⁊ eoꝝ veneratione.
.c. cū ex eo. Reliquie oīno de nouo in
uente non debēt venerari ſine licentia
ſummi pōtificis ſic ꝙ publice ⁊ ꝑ vni
uerſalē eccl'iam venerent. tamē ſi anti
que reliquie noniter inuenirent licet
eas venerari. ſecrete tñ licet deuotio
nē ad talē de quo querit hīc ⁊ eū i oc
culto precari. Itē ibidē. c. audiuimꝰ
refert tñ Hoſti. ex tolerātia romāe ec
cleſie magnificū Karolum in ſola ca
pella aquiſgrani ⁊ nō in alijs eccleſijs
venerari. hec de Joh. an. Idem patet
de q̄buſdā ſanctis p̄ribus ordinis fra
trū p̄dicatoꝝ. vt de fratre Merculino
⁊ d̄ fratre Ambroſio qui in quibuſdā
ciuitatibus italie de pape licētia feſti
uant. licet nō ſint canonizati vniuer
ſaliter per eccleſiā. Sed quereres qui
geſtus ſunt meliores ꝓ deuotōe: Re
ſpondet ſm Hūbertū. ꝙ genuflectio
manuū aliqualis ꝓtenſio ⁊ oculoꝝ in
celum eleuatio vident corpus. cor et
ſenſum ſurſum eleuare occaſionaliter
plus q̄ꝫ alia. vni tñ ſeruit qd̄ nō alteri.
ergo eligat quiſqꝫ ſibi accomodum.
D ¶ Quo ad ſecundū. Cur iſta debemꝰ
a corꝑe exhiberi qui bonoꝝ nr̄oꝝ nō
indiget. Rñdet ideo. primo. qꝛ ſic deꝰ
honorat quē honorē nobis facit vtilē
Secūdo vt ꝓximꝰ edificet ꝑ h̄. Tertio
vt ꝑ talia exteriora ad intra deuotiōe
calcamus. Retinēt em̄ animū vt mi
nus ad mala ꝓfluat. qꝛ ſigna ſenſibi
lia plus mouēt. De corꝑe vō ſunt ſpe
ciales rōnes. Naꝫ quia deus corpꝰ no
ſtrū creauit. rexit. aſſumpſit. redemit
ac glorificabit. dignū eſt vt ei obſeq̄a
ꝓbeat a q̄ talia ſunt ⁊ erūt. Sed q̄ri
qñ tenemur ad corꝑalia obſequia d̄i
exhibēda: Reſpondet ſm Sco. in ter
tio diſ. xxvij. ꝙ die dñico ⁊ magnis fe
ſtiuitatibꝰ pedibꝰ ire debes ad eccl'iaꝫ
audire miſſam totā ꝓpt̄ p̄ceptū. ⁊ re
uerēter inclinare ad eleuatōeꝫ corꝑis
xp̄i. imo h̄ tenet ſacerdos docē ppl'm
vt habet ex̄. li. iij. d̄ cele. miſ. c. ſane. Si
militer qñ portat corpus xp̄i ꝑ ciuita
tem. Et qñ quis vadit ꝓpe locum vbi
ſituat debet reuereri tantū dñm. Cau
te tamē Sco. de hac materia ſicvbi ſu
pra dicit. Qñ hō teneat deuꝫ diligere
gratuite ex p̄cepto forte determinauit
illud p̄ceptū diuinū. Sabbata ſancti
fices. Et maneat vnuſq̄ſqꝫ apud ſe re
colligēdo ſe ⁊ aſcēdendo ad deū ſuuꝫ
Et eccl'ia ſpecificauit q̄ntū ad miſſam
audiēdā. j. de ꝯſe. diſ. j. miſſas. hec ille
diſ. xxvij. Quo ad tertiū notandū E
ꝙ cōtra talem cultū dei faciunt. Pri
mo male euchariſtiā ſumētes. Scd̄o
loca ſcā deſtruentes. Tertio corā eu
chariſtia et reliquijs ſanctoꝝ ac cruce
irreuerent ſe habētes. Quis em̄ dñs
ſuſtineret a ruſtico vt lutoſis pedibꝰ
irreuerēter añ eiꝰ mēſam ambularet:
Similes exceſſus pōdera ſm geſtus
ſupra allegatos.

¶ Capitulum. vij.

Quinto mādatur nobis ſeruit
q diuina deo exhibenda per opa
exteriora tripliciter. Sacrifi
cijs. oblationibꝰ. ⁊ decimatione. Sa
crificia vt dic̄ Tho. ſcd̄a. ij. q. lxxxvj.
ꝓprie dicunt qñ circa res deo oblatas
aliq̄d fit. ſic ꝙ aīalia occidebāt a ſacer
dote. ⁊ panis bñdicit hodie Vñ ſacri
ficiū dr̄ qꝛ aliq̄s ſacrū eo fac̄. Ob[l]atio
vō eſt deo oblatuꝫ ⁊ ſi nihil circa ip̄m
fiat. Sed q̄rit. Tenemur ne hodie A
ſacrificia ꝓprie offerre: Rñdet ꝙ ſic.
Vbi notādū ſm eundē ꝙ lex natura
lis dictat deo ſacrificiū offerēdū. vide
licet ꝙ hō ſenſibilibꝰ rebꝰ vtat offerēs

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eas deo in ſignū debite ſubiectiōis et
honoris. ſm ſilitudinē eorū q̄ hodie
in quibuſdā regnis dñis eorꝫ aliq̄ offe
rūt in recognitionē dñij. ſm illō Eccl
.xxxv. Nō apparebis añ cōſpectū dei
vacuus. ¶ Eſt aūt duplex ſacrificiuꝫ.
B Vnū principale interi⁹ quo aīa ſe of-
fert deo in ſacrificiū. ſicꝫ principio ſue
creatōiꝫ. ꝛ ſicut fini ſue beatificatōis.
De q̄ ps. Sacrificiū deo ſpūs contri-
bulatus cor cōtritū ꝛ humiliatū deus
nō deſpicias. Et ad h̄ ſacrificiū oēs te
nemur. Aliud ē exteri⁹ q̄ xp̄s a ſacer-
dote in eucharistia ſacrificat. ꝛ ēt alij
act⁹ exteriores aliaꝝ virtutū q̄ in diui
nā reuerētiā aſſumūt. q̄ꝝ aliq̄ cadunt
ſb̄ pcepto. alij ſub ꝯſilio. vñ q̄libꝫ xp̄ia
nus ꝑ modulo ſuo. miſſe ſacrificio dꝫ
cooperari. qd̄ ſacrificiū digni⁹ ē oib⁹ ſa
crificijs. qꝛ ibi ſocietas angelica. fons
oīs grē. memoriale xp̄i charitatis ſū-
me quā patiēdo exhibuit. actio ſacer-
dotis digniſſima ꝛ pñtia veriſſima in-
finiti boni. Sūt aūt quinqꝫ genera ho
minū participantiuꝫ de hoc ſacrificio
miſſe. Primo fideles etiam pctōres.
Scđo fideles in charitate exñtes ex-
tra materialē eccleſiā. Tertio aſtātes
miſſe. ſiue ſint in charitate ſiue extra.
Quarto offerētes bona ſua. de quib⁹
oibus ptꝫ ꝙ in canone orat ſacerdos.
Quinto ſacerdos met q̄ ſi diſpoſitus
eſt plus oibus pcipe pōt. ſꝫ p̄cedentes
plus ꝛ minus ordine q̄ nūerati ſunt.
¶ Scđo de oblatione q̄rit̄ pmo qñ ſit
C preceptū offerre. Reſpōdet Tho. vbi
ꝑus. q. lxxxvj. ꝛ. lxxxvij. Rō naturalis
dictat ꝙ eis q̄ diuino cultui miniſtrāt
ad ſalutē totius pplī. populus tot⁹ ne
ceſſitatē victus adminiſtret. Sicut ꝛ
his q̄ cōi vtilitati inuigilāt. ſ. principi-
bus ꝛ militib⁹ ꝛ alijs hmōi ſtipendia
vict⁹ debent̄. Probat h̄ apls. j. Cor.
.ix. ꝑ humanas cōſuetudines dicēs.
Quis militat ſuis ſtipēdijs vnq̄. Vñ
vt hēt̄ Gen. xlvij. rex gētilis Pharao
ſacerdotib⁹ ſpālē terrā dederat. ꝛ oib⁹
ſecularib⁹ p̄ fame poſſeſſiōes ſuas vē
dentib⁹. ſacerdotes terrā ſuā q̄ete poſ
ſidebant. ꝛ eis cibaria ex horreis pub
licis porrigebāt̄. Seq̄t̄ in dictꝭ Tho.
poſtea ꝙ cōtingere pōt ꝙ aliq̄s ad ob
latiōes teneat̄ q̄druplici rōne. Prio
ex p̄cedēti cōuentiōe. ſicꝫ cū alicui con
cedit̄ aliq̄s fundus ecclīe vt certꝭ tpi-
bus certas oblatōnes faciat. qd̄ tñ hꝫ
rōnē cēſus. Scđo ꝓpt̄ precedentē de-
putationē ſiue ꝓmiſſionē. Sicut cū
aliq̄s offert donationē inter viuos vel
cum relinquit in teſtamēto ecclīe ali-
quā rem mobilē vel immobilē in po
ſterū ſoluendā. Tertio mō ꝓpter eccle
ſie neceſſitateꝫ. puta ſi miniſtri ecclīe
nō haberēt vñ ſuſtentarent̄. Quarto
ꝓpter ꝯſuetudinē. Tenent̄ eīn fideles
in aliq̄bus ſolēnitatib⁹ ad aliq̄s obla-
tiones conſuetas. Et iō illi q̄ debitas
oblatiōes nō reddūt pñt puniri ꝑ ſub
tractionē ſacramētoꝝ. nō ꝑ ipm ſacer
dotē cui ſunt oblatiōes faciēde. ne vi-
deat̄ ꝑ ſacramētoꝝ exhibitionē aliq̄d
exigere. ſꝫ ꝑ ſupiorē aliquem. hec ille.
Sꝫ q̄rit̄ q̄nte quātitatis dꝫ eē oblatio
vel cuius ſpēi. Rñ. idē. ꝙ quo ad talia
in vltimis duobus caſib⁹ remanet ob-
latio q̄damodo voluntaria. ſcꝫ quo
ad quātitatē ꝛ ſpeciē. Alicubi eīn of-
fert̄ panis ꝛ vinū. alicubi animalia. ali
cubi pecunia. alicubi candele ꝛ ſimilia.
¶ Queritur cur ſolis ſacerdotib⁹ de- D
beantur oblatiōes. Rñſio Tho. Da-
maſus papa dicꝫ. x. q. j. Oblatōes que
intra ecclīam offerūt̄. tm̄modo ſacer-
dotib⁹ q̄ quottidie dño ſuire videt̄ lꝫ
comedere ꝛ habere. Et rō eſt prima qꝛ
ſacerdos q̄dāmō cōſtituit̄ ſequeſter ꝛ
medius inter populū ꝛ deuꝫ. ſicut de
ipſo Moyſe legit̄ Deutro. v. Ego in-
quit ſequeſter ꝛ medi⁹ fui inter deū et
vos. Et ideo ad euꝫ pertinent diuina

dogmata ꝛ ſacramēta exhibere pplo.
Scda ea q̄ ſunt ppli. puta preces ꝛ ſa
crificia ꝛ oblatiões p eū dño debēt ex
hiberi. ſm illud Heb. v. Dis pōtifex
ex hoibus aſſumptus p hoibus cōſti
tuit in his q̄ ſunt ad deū vt offerat do
na ꝛ ſacrificia p pctis. Et io oblatiões
que deo a pplo exhibent ad ſacerdo
tes ptinent. nō ſolū vt eas in ſuos vſus
cōuertāt. verū etiā vt eas fideliť diſpē
ſent. partim q̄dē exponēdo eas in his
que ptinēt ad cultum diuinū. partim
vo in his q̄ ptinēt ad ꝓpriū victū. quia
qui altari deſeruiūt cū altari pticipāt.
.j. Cor. ix. Partim ēt in vſus paupe
rū qui ſunt q̄ntū pōt de rebꝰ eccl'ie ſu
ſtētādi. qꝛ ꝛ dñs in vſus pauperū locu
los habebat vt dic̄ Hiero. ſup Matt.
Ea aūt q̄ dant al's pauperibꝰ nec ſunt
ꝓprie ſacrificia nec oblatiões. ſꝫ dent
ꝓpter deū. qꝛ nō immediate deo offe
E runt. ¶ Querit qualiť ſint oblatiões
dande. Rn̄dit dñs Albertꝰ ſup miſſā.
Oblatio exterior dꝫ eſſe vtilis valore.
pinguis deuotōe. oblata in charitatē
dilectiōe. ꝛ mūda in acquiſitōe. Vti
lis quidē vt poſſit miniſtris dei con
uerti ad vtilitatem. Unde Malach. j.
Male offerre dicit qui debile offert.
Similiter q̄ falſam monetā offerunt.
Pingue aūt vt plus de cordis deuoti
one pcedat q̄ꝫ de manu. Sicut vidua
duo era Luc. xxj. Munus em̄ extrin
ſecū recognitio dꝫ eē cenſualis. vt ipe
qui offert munus recognoſcat ꝙ dñs
deus in ipm habeat dominiū. cui ani
mā corpus ꝛ res ſubdit. Sic factum
eſt in tpalibꝰ Luce. ij. vbi dicit quelibꝫ
dediſſe denariū cenſualē impatori ro
manoꝝ. Pōt etiā intendere p oblati
onē ſacerdotis ꝓmotionē pro vite ac
cōmodis reuerentiā exhibēdā ſancto
cuius ſolennitas agit profectum viui
vel mortui pro quo miſſa valebit. De
deuota oblatione dicit Eccl. vij. De
negligētia purga te cum paucis. vbi
glo. Quis parua oblatio multoꝝ de
lictoꝝ purget negligētiam. Sup que
Tho. ſcda. ij. q. liiij. ar. iij. ſic dic̄. Par
ua oblatio cū humili mēte ꝛ pura di
lectione facta. vt ibidē dicit. nō ſolum
purgat pctā venialia ſꝫ etiā mortalia.
De tertio Matth. v. Si offers munꝰ
tuū ad altare ꝛ ibi recordatꝰ fueris ꝛc̄.
De q̄rto Prouerb. iij. Honora dñm
de tua ſubſtantia. Et ſm Tho. vbi. ſ.
Oblatio tripliciter vitiat ꝛ refutatur.
Primo. ſi merces meretricis ē ꝓpter
ſcandalū ne eccl'ia videat fouere pctā
ſi de lucro peccati oblationē recipiat
Scdo de illicite acquiſitis. qꝛ de tua
ſubſtantia eē debet. Tertio ſi oblatio
vergat in detrimentū alterius. vt ſi fi
lius offerat de quo patrē nutrire debꝫ
qd improbat xps Matth. xv. Ter F
tio de decimis q̄rit. de qbꝰ rebus ſint
dande. Rn̄det ſm doctores ꝙ de pſo
na ꝓpria ſi eſt cōſuetū. ꝛ de rebꝰ ꝓpriis
extrinſecis ſm ꝙ cōſuetudo iubet. vn̄
dicit Tho. qdlib. ij. q. iiij. arti. iij. Nul
la cōſuetudo cōtraria ſoluit hoiez ab
obligatōe reddēdi decimas. quia hec
obligatio fundat ſup ius diuinū ꝛ ſup
ius naturale. vn̄ ſp tenētur hoies red
dere decimas ſi eccl'ia exigat. ēt ꝯtra
ria ꝯſuetudine nō obſtante. ꝛ in terris
in quibꝰ n̄ eſt conſuetudo ꝙ decie ſol
uant ipa ꝯſuetudo q̄ſi expoſtulat de
cimas. vn̄ peccaret q̄ nō redderet. Sꝫ
in terris i qbꝰ n̄ ē ꝯſuetudo cōis ꝙ de
cime dent. ꝛ eccl'ia n̄ petit. videt eccl'ia
remittere dū diſſimulat. al's hoies ita
liee orīetaliū ptiū dānarent q̄ decias
nō ſoluūt. h̄ Tho. Et poſtq̄ꝫ pbauit ꝙ
i ſili apl's n̄ poſtulauit victū ab hiſ qbꝰ
pdicabat xpē ſcādalū tollēdum addit
Tho. Rectores inq̄t eccl'iaꝝ nō bn̄ fa
cerēt ſi i terris talibꝰ decias exigerēt i
qbꝰ nō ē cōſuetū dari q̄ñ pbabiliť cre
derēt ꝙ ex h̄ ſcādalū naſceret. hec ille.

G Dubitat̃ vtrum pauꝑ teneat̃ ſolue
re decimas diuiti ſacerdoti. Reſpon
detur ſm̃ Tho. quodlib.vj.q.v.artic̃.
.iiij. Reddere debitū eſt actus iuſticie
⁊ ideo ad hoc ꝙ alicui reddatur qḋ ei
debet̃.nõ refert vtrū ſit diues vel pau
per. Decime aūt ſacerdotibꝰ debent̃
in cõi quidē ſm̃ ius naturale. Natu
ralis em̃ rõ dictat ꝙ illi qui ꝓ pp̃lo in
ſpūalibus laborant. a pp̃lo ſtipendia
ſue accipiant ſuſtentationis. Et ſm̃ h̃
etiam in nouo teſtamento eſt iure di
uino ſancitū. Nam.j.Corinth.x. do
minus ordinauit his qui euangeliuꝫ
annunciāt vt de euāgelio viuant. In
veteri aūt teſtamento q̄ntitas fuit de
terminata ſcꝫ decima. Et idem ſtatuit
eccl̃ia in nouo teſtamento ſoluendū.
Vñ cum ſacerdotibꝰ decime debean
tur tam de iure naturali q̄ꝫ diuino. ⁊
etiaꝫ ex ſtatuto eccl̃ie q̄cū̄ꝙ ſacerdos
ſit diues. nihilominus pauꝑ tenet̃ ei
decimas ſoluere. Sed dicis alias ha
bet vñ ſuſtentet̃. Cur ego ſibi dabitur
Rñdet̃ ṗmo ꝙ decimarū ſolutio etiā
ꝓpter paupes ē inſtituta ſuſtētādos.
ſed his ſacerdos ꝓuidere debet de de
cima. Scd̃a ꝙ effectū ē alicui debitū
ꝑſtatū eccleſie.nihilominꝰ ei debetur
q̄cū̄ꝙ ſit diues. Qui em̃ i ſimili emit
rem aliquā debet ſoluere tm̃ q̄ntū va
let. ſiue a paupere ſiue a diuite emat.
Addit Ray.in ſum. Clerici hn̄tes ſuf
ficiens pꝛimoniū vel redditꝰ.recipiē
tes adhuc decimas.ſi tales deſeruiūt
eccl̃ie ⁊ decimas ꝑcipiūt nõ vt eas in
malos vſus ꝫ in pios ꝯſumāt.nõ pec
cant.alias ſacrilegiū cõmittūt.xvj.q.
.j.qm̃. Alie difficultates hic ſunt.ſ.an
laici ſine feudo poſſint decimas h̃re
ꝫ hoc ad preſens relinquo.

Capitulum.viij.

A Sexto mandatū eſt negatiuum
ſicut ⁊ ſequētia. Non habeb
deos alienos coram me. Con
tra hoc faceret̄ qui etiam ſine imagi
nibus ſolem aut lunā vel aliq̄d aliud
ꝓ deo colerent ſicut quidaꝫ fecerunt.
Sed quia hic error etiam inter paga
nos multos extinctus eſt. ideo nihil
de iſto iam opus eſt dicere. Sed cõ B
ſequēter ſeptimo mandat̃ ꝙ nec ima
gines deorū h̃re debemus eas venerā
do deitatis cultu. Contra hoc faciunt
imaginibus abutētes. Vnde quia h̃
monemur adorare deum ⁊ cauere ab
imaginū cultu malo. Ideo hic tria vi
dēda ſunt. Primo de inſtitutiõe ima
ginum. Secundo de veneratione re
liquiarū. Tertio verſus quas mundi
partes adorare debeamus. Pro ṗmo
notādum ꝙ adorare eſt ſe totū adora
to ſubijcere ꝓpter eminētiam virtutis
⁊ ſanctitatis totamꝫ ſpem in ip̄m po
nere. vnde ⁊ cultus ſiue ſeruitus dici
tur. ⁊ ſic deo competit ſoli. nam ſine
eo nihil poſſumus Ioh.xv. Venera
ri ỽo ſanctos poſſumus nos eis ſub
ijciendo tanq̄ꝫ dei amicis ⁊ noſtris in
terceſſoribus. ⁊ hec ſpēs eſt ſuffragij.
Sed diceres.cur faciunt xp̄iani ima
gines cõtra illud preceptū. Non faci
es tibi ſculptile. Reſpondet̃ primo ꝙ
deus abſolute non ꝓhibuit fieri ima
gines. qꝛ iuſſit cherubin effigiari obū
brantia ꝓpitiatorium. Exo.xxv. Sed
ꝓhibuit modo qui ſequit̃ ſcꝫ.non ad
orabis ea necꝫ coles ea.nõ videlicet ſi
cut gentiles q̄ putabāt aut aliq̄d diui
ni in imagine eē. aut creatū q̄d deū ef
figiare. Fuit tñ in veteri teſtamēto C
ꝓhibitū fieri imagines maxie dei. Tū
ꝓpt̃ ꝓnitatē pp̃li ad idolatriā ꝓtūc.et
inter idolatras cõmorāt̃. Tū etiaꝫ qꝛ
deꝰ nõduꝫ hõ factꝰ fuit. vñ nec effigia
ri debuit. Hodie āt introductꝰ ē vſus
imaginū. primo a xp̄o q̄ ſuā imaginē
Abagaro regi pāno ip̄ſaꝫ miſit. vt re
fert Euſebiꝰ i eccl̃iaſtica hyſto. ⁊ Da
maſus li.ſniaꝝ ſuarū. Scd̃o ab ap̄lis

Nam tpe eorū hec fuerūt. Vñ Lu-
cas imagines ꝟginis Marie ⁊ filii eiꝰ
ſculpſiſſe legit. Et apl'oꝝ tempore ſan
ctus Seruatius imaginē Chriſti cru
cifixi ſecū detuliſſe reꝑitur in ſua hy-
ſtoria. Tertio a ꝯtinuato ritu eccleſie
que approbationē imaginū in conci-
lio Romano fere mille epiſcoporū
D congregato diffiniuit. Sed cur in-
uente ſunt? Reſpōdet ſm Tho. in ter
tio diſ. ix. triplici de cauſa ſm tres ꝑ-
tes imaginis anime. Ex parte memo
rie. ad frequentē recordationē ſalutis
noſtre ⁊ inſtrumentoꝝ ſalutis. Ex par-
te intellectus. ad informationē rudiū
qui litteras ignorant qui docent ima
ginibus loco litterarum. Ex parte vo
luntatis. ad maiorē excitationē deuo
tionis. Plus enim mouent viſa ꝙ au-
dita. Et ſic inſtitute ſunt ꝓpter memo
rie labilitatē. intellectus ruditatem. ⁊
affectus tarditatem. Item notandū
ꝙ ſm doctores cōmunit diſ. ix. tertij.
adoratur deus in quibuſdam ſignis
latria. puta eucharistia. imagine cru-
cifixi. imagine crucis. ⁊ in ſcptura ſa-
cra potiſſime in euāgelio poſſū a pru-
dente adorari. veneramur etiam ſan-
ctos in quibuſdam dulia. vt in imagi
nibus ſanctoꝝ aliorum eccleſiis alta
E ribus reliquijs ⁊ ſimilibꝰ. Quo ad
ſecundū. Cur venerande ſint reliquie
ſanctorū? Reſpondetur ſm Damaſ.
in hyſtoria Barlaam. vbi recitatur de
proceſſione ſanctoꝝ patrū portantiū
reliquias. ꝙ qdruplici de cauſa. Pri-
mo vt ex veneratione eorum auxiliū
ſentiamus. Secundo vt exempla eo-
rum quorū ſunt hic imitemur. Ter-
tio vt requiem patrie vbi anime eorū
ſunt ſperemꝰ. Quarto vt nos in pul-
F uerē redigēdos memoremur. Quo
ad tertiū ſm Tho. vbi ſupra. Ad oriē
tem adoramus et altaria conſtruunt
quintuplici de cauſa. Primo in ſignū
ꝙa Chriſto eſt noſtra illumīatio qui
eſt lux mundi. ſicut ſol eſt ab orien-
te. Scdo quia oris eſt nobilior pars
orbis. in ſignum nos ibi vertimus ꝙ
credamus omnia nobis a deo confer
ri ⁊ nobiliora vt gratuita immediate.
Tertio ſicut motus incipit ab oriente
per angelum. ita omnis noſtra actio
a deo. Quarto quia paradiſus eſt ibi
a quo cecidimꝰ ideo memoremur vt
in celi paradiſum intremus. Quinto
q: ab oriēte ad iudicium veniet xp̄s.

Capitulum. ix.

[O]Ctauo prohibet hic omnis ſu A
ꝑſtitio. diuinatio ⁊ ſimilia.
in quibꝰ illud quod a ſolo deo
vel a ſanctis expectare debemꝰ a crea
turis illicite requirimus. Non inquit
adorabis ea neq; coles. Circa hāc ma
teriam videndum. Primo de ſpecie-
bus ſuꝑſtitionum. Secundo de gra-
uitate huius peccati. Tertio de reme-
dijs licitis ⁊ illicitis. Quo ad primū B
ſm Iſido. viij. etymo. ⁊ ſm Tho. ſe-
cūda. ij. q. lxxxxij. Et certe ſunt capita
les quatuordecim ſpecies. Prima eſt
phitonū hominū. videlicet in quibus
demon loquit. Ad quam reducivdē
tur putātes ſe localiter ad herodianā
traduci. Item quedā mulieres in qt-
tuor tēporibꝰ extaſim ꝑ demonē pa-
tiētes. Scda ē ſomnia habentiū ⁊ de-
ceptorie ibi iudicantiū. Tertia mathe
maticoꝝ. qui ſm natiuitates hoim et
ſm influxꝰ celeſtiū iudicāt diffinitiue
de volūtarijs hūanis. nā mathemati-
ci iudicāt ſm ꝯſtellatōes. Quarta ſor
tilegioꝝ. Quīta arioloꝝ. i. in aris ido
loꝝ rñſa dantes. Silr geomātici i ter-
reſtribꝰ iudicātes vt i iſpectōe vnguis
calibis politi. ſpatula. manu. ⁊ in ſi-
milibus futura vel ſecreta predicētes
Sexta auguria practicantiū auditu
ſcilicet in cantu ⁊ volatu ⁊ motu aui-
um iudicantiū. Septima carminatoꝝ

per verba ⁊ exorciſtarum demones ⁊
illicite ſerpentes adiurantes. Octaua
ſit per remedia ſupſtitioſa alia ꝓ ſani-
tatibꝰ vel alijs exercēdis. vt in ligatu-
ris. verbis inordinatis vel inuſitatis
characteribꝰ ⁊ hmōi. Nona auruſpi-
cū.i.horaꝝ ⁊ dierū vani inſpectatores
Decima necromanticorū .i.mortuos
ſuſcitantiū. vt.j. Reg.xxviij. ⁊ hodie
ex dubio fidei morituros ad redeun-
dū inuitantiū. Vndecima trāſformā
tiū ſe vel alia in ſilitudines aialiū. vt
in lupos ⁊ beſtias alias. Duodecima.
fortunā inculpantiū aut eufortuniū.
Tredecima. artē illicitā addiſcentiū.
vt diuinationes. artē notoriā. ⁊ ſi que
ſunt ſiles. Quartadecima maleficoꝝ
qui nitunt immutare corpa a ſanitate
certa. gñationē impedire. aiūm in amo
rem vel odium ꝯcitare. ⁊ his ſimilia.
C Quo ad ſcdm de grauitate huiꝰ pci
notādū hoc pmo ꝓhibitum ē in ſacra
ſcriptura multiplici pena. etiā ſub pe
na mortis aie ⁊ corpis. Vñ Leuit.xx.
Aia q̄ declinauerit ad magos ⁊ ad ari
olos ⁊ fornicata fuerit in eis. ponā fa-
ciem meā ꝯtra eā. ⁊ interficiā eā de me
dio ppli mei. Itē ibidē.xx. Vir ſiue
mulier in quibꝰ phitonicus vl' diuinꝰ
ſpūs fuerit moriat. lapidibꝰ obruent
eos. ſanguis eoꝝ ſit ſup eos. Vñ ꝓpt
hoc pctm Ochozias infirmus mortu
us eſt.iiij. Reg.j. Et Saul.j. Para-
lipo.x. Item ſm canones. Si diuina
toꝝ ⁊ maleficoꝝ pctm occultū ſit im-
ponitur penitētia q̄dragīta dierum
extra.e.c.p. Si notorium eucharîſtia
denegat. de cōſe.diſ.ij.ꝓ dilectiōe. Si
ſit clericus deponēdus ē. ⁊ in mona-
ſterio detrudēdus. Si laicus excōmu
nicādus.xxvj.q.v.nō oꝫ. Tales etiā
infames ſunt. ⁊ qui ad eos cōcurrūt.
vñ nec ad accuſationē debent admit-
ti.ij.q.viij.quiſquis nec. Itē tales ſm
leges debent plecti pena capitis. Et ſi
accedant ad domū alterius. debēt cre
mari ⁊ bona eorum oia debent publi
cari. C. de malefic.l. nemo.l. culpa.l.
nulla. Contra omnes diuinatores et
maleficos iura ciuilia ſeuiſſima ſunt.
Unde libro.ix. C. Rubrica de male.
⁊ mathe. ⁊ ceteris ſilibꝰ. vt dicit Azo.
in ſumma. diuinantes circa ſomnia.
vel in garritu auium. ⁊ in ſimilibus.
talibus non permittitur ad limen al-
terius accedere. alioquin concreman
tur. nec aliquis debet eos ſuſcipe vel
conſulere. alioquin deportatur in in-
ſulam. ⁊ oïa bona publicant. Qui
aūt arte magica vite innocentum in-
ſidiantur animos mulierum ad libi-
dinem flectūt. ⁊ hi beſtijs obijciun-
tur. vt.l. militi. Item nemini permit-
titur diuinare. alioquin ſupplicio ca-
pitis feret gladio vltore proſtratus. vt
in ſupradictis legibus patet. Itē be-
atus Auguſtinus dicit. ⁊ habet.xxvj.
.q.vij. non obſeruabitis. Vbi enume
ratis multis ſuperſtitionibus ſic con
cludit. Qui has ⁊ quaſcunq; diuinati
ones. aut fata. aut auguria obſeruat.
aut attendit. aut conſentit obſeruan-
tibus. aut talibꝰ credit. aut ad domū
eorum vadit. aut in ſuam domum in
troducit. aut interrogat. Sciat ſe fidē
chriſtianam ⁊ baptiſmū preuaricaſſe.
⁊ paganum ⁊ apoſtatam ⁊ dei inimi-
cum. iram dei grauiter ineternum in
currere. niſi eccleſiaſtica penitentia e-
mendatus deo reconcilietur. Sed D
dubitatur an ſemper ſit peccatū mor
tale talibus eſſe implicatum. Reſpon
detur ſm quoſdam. q actum diuina-
tionis ⁊ huiuſmodi poteſt quis tripli
citer exercere. Primo ſic q credat ꝑ
illum actum realiter aſſequi quod in
tendit. puta alicuius amorē vel furti
reuelatiōē. vl' futuri euētus ꝑcogni-
tionē de ꝯtingētibꝰ. Certū ē q q talia
credit ꝯſeq poſſe ꝑ actū illū oportet q

credat in illo actu aliquid exiſtere di-
uini numinis. q̄ a deo ſolo expectare
debem⁹. aut q̄ ſoli deo ꝯueniūt. vt im
mutare volūtatē. aut ꝯtingētia futura
certitudinaliter p̄dicere. Et tūc talis fi
dem abnegat. vt in autoritate Aug⁹.
immediate tactū ē. Et ſic de ḡuiſſimis
pctis mortalib⁹ vnuz eſt. qꝛ fidē tollit
debitaz. Scḋo mō ſic fieri pōt. ꝙ licet
aliq̇s nō credat ꝑ actū illū realiter aſ-
ſequi qḋ intēdit. tamē vult curioſe ex-
periri vtruz aliquid efficacie ſit in tali
actu vel nō. Et hoc iterꝝ eſt peccatum
mortale minus p̄mo. Ratio ē. qꝛ talis
eſt dubius ꝛ fluctuans in fide poſtq̄
ꝯtra veritatē ꝛ firmitatem fidei ꝓponit
experiri taliā que ſcit vel ſcire deberet
per fidē catholicā eſſe reprobata. Ter
tio mō ſi ex ſola leuitate vel ſimplici-
tate h̄ exerceat. nihil tn̄ in hoc credēs
eſſe virtutis ꝛ efficacie. nec etiā experi
ri intēdit an in hoc aliqua efficacia ex
iſtat ſed ſolum leuitate ꝛ ſimplicitate
hoc facit. Et hoc videtur quibuſdam
eē veniale pctm̄. maxime apud laicos
ꝛ idiotas. Sed q̄tuz ad clericos q̇ te-
nent̄ hoc ſcire iure ꝓhibitū. ſꝑ eſt mor
tale pctm̄. Quia excōicandi ſunt ſm
iura. excōmunicatio aūt a iure ſolum
pro mortali infligit̄. Quo ad tertiū
dubitat̄ que ſunt remedia licita homi
pro adeptiōe bonoꝝ quorūcūq̧ ꝛ pro
euitandis malis quibuſcunq̧. Rn̄det̄
quinq̧. Primo faciat hō id qḋ pōt ex
propria induſtria. ex ꝓpria potentia ꝛ
viriū ſuarū exercitatiōe. Qḋ apl's. ij.
Corin̄. ix. iubet dicens. Abundetis in
omne opus bonū. Scḋo hō recurſuz
habeat pro cōſilio ad alios hoīes qui
ſunt in hoc prudētiores. ꝛ ſuꝑ hoc im
ploret auxiliū potētioris. vt cū perito
in arte medicādi ſi eſt infirmitas natu
ralis. Jō Ecci. xxxviij. Honora medi
cū ꝓpt̄ neceſſitatē. etem̄ eū creauit al-
tiſſim⁹ ꝛc̄. a deo em̄ ē oīs medela. Ter

tio ſe cōmendet p̄cibus iuſtoꝝ huius
vie. Vn̄ Ecci. xxxvij. Cū viro ſancto
aſſiduus eſto quēcūq̧ agnoueris ob-
ſeruantē timorē dei. cuius anima eſt
ſm aiaz tuā. Quarto deuote inuocet
ſanctos patrie. De quo Job. v. dicit̄.
Voca ſi ē qui tibi rn̄deat. ꝛ ad aliquē
ſanctoꝝ ꝯuertere. Quinto vt ad deuz
immediate ꝓ adiutorio recurrat hūi-
liter. Sicut in veteri teſtamēto ſancta
virgo Sara fecit. Thobie. iij. que ait.
Hoc pro certo hꝫ oīs q̇ colit te. qꝛ vi-
ta eius ſi in ꝓbatiōe fuerit coronabit̄.
ſi aūt in tribulatōe fuerit liberabitur.
ꝛ ſi in correptiōe fuerit ad miſcḋiam
tuaz ꝑuenire licebit. Et Joſaphat rex
iuda in tribulatiōe inimicoꝝ exn̄s. ij.
Paralipo. xx. ait. Cū ignorem⁹ quid
agere debeam⁹ hoc ſolū habemus re-
ſidui vt oculos noſtros dirigamus ad
te. Et ſi intentū nō adipiſcit̄ q̇s ꝑ pri-
mā viā. addat ſecūdā. ꝛ ſic ſi oꝫ tertiaz
vſq̧ ad vltimā. Qꝛ ſi pſeuerauerit ꝛ ſi
ad ſalutē eſt. vtiq̧ exaudiet̄. aut in ꝓ-
pria petiti forma. aut in equalenti. Ex-
empli grā. Si vis carere vicio aut occa
ſione eius. aut hr̄e v̄tutes. deuotionē
ꝛ hmōi ſpūalia bona. Silr̄ hr̄e tpalia
vel carere malis hui⁹ vite aliquibus.
Prio p̄mū arripe. Scḋo adde ſecun-
dū. ꝛ ſic ꝯn̄ter. Sed alia remedia q̄re-
re ſupſtitioſa. illicitū eſt. Sūt aūt tria
quib⁹ non ꝓhibemur vti in remediū.
Primo herbis. lapidibus ꝛ ſimilib⁹.
que naturalē hn̄t virtutē. de qua ratio
ſm naturales ꝛ medicos reddi poteſt
Vnde beatus Hiero. dicit. ꝛ ponitur
. xxvj. q. vij. Demoniū ſuſtinenti licet
petras ꝛ herbas habere ſine incanta-
tione. Item verbis ſacris que alicui⁹
autoritatis ſunt. ꝛ alijs ſacris rebus.
Vn̄ ſi aliquis colligat herbā medici-
nalē cuz ſymbolo diuino vel oratione
dominica. vl' ſcribat in charta ſimbo
lum vel dominicā orationez. ꝛ ponat

ſuper aliquem infirmū. vt ſic in iſtis tm̄ de⁹ creator oīm honoret nō repro bat dūmodo nulla alia ſuperſtitio ad miſceat. vt habet ex cōcilio Martini pape. xxvj. q. v. nō liceat. Tertio ieie iunijs. orōnibus. elemoſynis. et alijs opib⁹ q̄ ſunt de genere bonoꝝ q̄ certū
F eſt placere deo. Sꝫ dubitat vtrū maleficia efficaciā habeāt. Rñdet ex q̄nqꝫ. Primo ex parua cōfidētia quam homines habēt in deum. iō permittit eos a demonibus impediri. ſm illud ps. Qm̄ in me ſperauit liberabo eū. ſcꝫ iuſtū. Et ꝑ argumentum a ꝯtrario ſenſu. q̄ nō ſperāt in deū demonis po teſtati relinquūt. Scđo ex errore qui in hoībus eſt. cuius pena frequenter eſt effectus maleficij. ſm illud Rom. j. Cū cognouiſſent deū nō ſicut deū glorificauerūt ⁊c. et obſcuratū eſt inſipiens cor eoꝝ. Tertio vt fides probet bonoꝝ. ſm Aug⁹. qđ probat per illđ Deutroñ. xiij. Si ſurrexerit in medio tui ꝓpheta. aut qui ſomniū ſe vidiſſe dicat. et p̄dixerit ſignū. aut portentū. et euenerit qđ locutus eſt. et dixerit tibi. eamus et ſequamur deos alienos q̄s ignoras et ſeruiam⁹ eis. nō audias verba ꝓphete illius aut ſomniatoris. qꝛ tentat vos dominus deus vt palā fiat an diligitis eum an non. Quarto ꝓpt̄ pactū expreſſum vel tacitū hominum cū demonibus initū et ſocietatē. qualiter fit in omni ſuꝑſtitiōe. vt dic̄ Aug⁹. de doctrina xp̄iana. li. ij. que ſocietas omni vt ibi dicit penit⁹ fugiēda ē xp̄iano. Quīto ex deſiderio diaboli. qui conat cōtinue decipe nos. j. Petri. v. Aduerſari⁹ veſter diabolus tanq̄ꝫ leo rugiens circuit querens quē deuoret.
G cui reſiſtite fortes in fide. Dubitat iterū quibus ex cauſis demones ſciāt futura interdum. et vnde tam miros effectus poſſunt cū deus ꝑmittit efficere. Rñdetur ſm Aug. li. de natura demonū. aſſignādo ſententialiter ſeptē cauſas. non q̄ futura cōtingentia ſciant ſed coniecturant ꝓbabiliter. Prima qꝛ vigent ſubtilitate naturali plus q̄ꝫ homines. Scđa. plura ſciūt q̄ꝫ nos ꝓpter experientiā tēpoꝝ. Tertia ꝓpter celeritatē motus demon multa futura predicere pōt que hominez latent. Quarta. nā potentia cū deus ꝑmittit poſſunt morbos immittere et hos predicere. Quinta ꝑ ſigna futura poſſūt predicere ſubtilius q̄ꝫ medicus videndo pulſum et vrinā. Nam ſicut medicus videt ꝑ ſigna aliquid in infirmo. qđ homo ſimplex nō videt. ita demon qđ nullus hō naturaliter videt. Sexta ex ſignis q̄ procedūt ab animo hominis coniecturant ea q̄ ſunt vel erūt in anima aſtutius prudenti viro. Sciunt em̄ qui inſtinctus eoꝝ ſunt veriſimiliter ſecuturi. Septima. acta ꝓphetarū et ſcripta noſcunt. ex quibus futura predicere poſſunt. Et hec tāguntur. xxvj. q. iij. ſciendum.

Capitulum. x.

A Quo ad ꝑmū modū notādū q̄ ꝯput hēt. xxvj. q. v. epi. Ex cōcilio acq̄ren. tales ꝑſone nō trāſferunt a demone localiter ad loca in quib⁹ ſe dicūt fuiſſe. ſꝫ ipe ſathanas cū mentē cuiuſqꝫ mulieris cepit. et hāc ꝑ infidelitatē ſibi ſbiugauerit. ilico trāſformat ſe in diuerſaꝝ formaꝝ ſpēs et mētē quā captiuā tenet in ſomnis deludēs. mō ꝑ leta. modo ꝑ triſtia imaginarie ſolū deducit non veraciter. Et cū ſola aīa h̄ patiat infidelis. hec non in aīo ſꝫ in corpe euenire opinat. Exēplū refert de vetula quā cuꝫ cōuertere nō poſſet frater p̄dicatoꝝ. ad hāc ex cōdicto venit frater qñ in cubella ſe trāſiturā dixit v̄ſus dñam herodiadē vel venerē. nā ꝓtūc vetula ſine motu localī dormire cepit. et cum iam ſe ſomniaret verſus herodiadē vehi. et manus

leta ꝓijceret. verſum eſt ex motu vas ⁊ vetulā cū ꝯfuſiōe ad terraꝫ ꝓiecit. Eadē de cā ficta ſunt interdū ⁊ imaginaria ſolū. qn̄ quedā in q̄tuoꝛ tꝑibus ſe in raptu dicūt videre aīas purgatorij. ⁊ plura alia fantaſmata. Nec mouere debet ꝙ quarundā vetularū pedes protunc aduſti non ſentiūt ignē. qꝛ demon fantaſmata in imaginatiōe mulieris tāto intendere poteſt vt aīa extra nihil ſentiat. Exēplū de hn̄tibus morbū caducū qui etiā aduſtionē nō ſentiūt in infirmitate ſua. qꝛ aīa in interiꝰ paſſiōibꝰ vel doloꝛibus preſſa. extra nō ſentit ignē. Itē naturalit̄ q̄dem ſpāliter mulieres quedaꝫ faciliter ex imaginatiōibus pn̄t rapi ad intra adeo vt nō ſentiāt exterioꝛa. vt ponit exemplū Aug. xiiij. de ciui. dei de quodā Ruſtituto noīe q̄ ad modicuꝫ alicuiꝰ gemitū ſe ad interioꝛa ꝯuerte re poterat. vt nec voces. nec pūcturas nec vellicātes ſentiret. immo tanq̄ꝫ in defuncto nullus anhelitus ſentiebat̄

B ¶ Quo ad ſcđm de ſomnijs notandū ꝙ raro aliquis dꝫ tenere de ſomnijs ⁊ iudicare. Interduꝫ tn̄ pōt ⁊ de aliquibus dꝫ. Primū pꝫ. quia cauſe ſomnioꝝ ſunt varie ꝙ pauci ſciāt a quo fiant. Nam ſm̄ Grego. li. iiij. dyal. aliqn̄ fiūt plenitudine ventris. Aliqn̄ vētris ⁊ capitis exinanitiōe. ⁊ hec experientia didicimus. Aliqn̄ demonū illuſione. Ecci. xxxiiij. Multos errare fecerunt ſomnia. Aliqn̄ dei reuelatione. Gen̄. xxxvij. ait Joſeph. Audite ſomniū meū q̄d vidi. Aliqn̄ cogitatiōe naturali ſimul ⁊ illuſione. Vn̄ Eccleſiaſtes. v. Vbi multa ſunt ſomnia multe ſūt vanitates. Et. ſ. Multas curas ſequunt̄ ſomnia. Aliqn̄ fiunt cogitatione ſimul ⁊ reuelatōe dei Daniel. iiij. vbi oſn̄dit ꝙ ſomniū Pharaonis cepit a cogitatiōe ⁊ terminabat̄ in reuelatiōe. Quidam tn̄ aliq̄lter ſed caute iudicare poſſunt interdū de ſomnijs. vt ſi poſt ſomniū de cruce aqua vl̄ calice expertus es tibi tribulationem ſepe ſubſecutam timere potes ꝙ eueniat. Et patientia ⁊ oratione ⁊ alijs te ꝯtra tentationē preparare. ⁊ foꝛte idō deꝰ reuelauit. Silr̄. ſi de extremo iudicio te ſomnias damnatum. poſtea ſcrutare conſcientiā. Sed nunq̄ꝫ curanda ſunt ſomnia de theſauris inueniendis. de inimico inuadēdo ⁊ ſimilibꝰ. Poſ C ſunt aūt quintupliciter vt dicit Tho. ſomnia ſigna eſſe futuroꝛuꝫ. Primo qn̄ eſt cauſa effectus futuri. vt qꝛ ſomniaſti te iterū ad eccleſiā certam. ideo poſtea vadis. Secūdo ſomniū eſt ſignum futuri cuius cauſa in ſomniante eſt. vt colera preſſus ſomniat de nigro. ⁊ ſic vtunt̄ medici ſomnijs. Tertio interdū a caſu euenit de quo quis ſomniauit. vt de igne ſomniaſti. ⁊ eadē die a caſu domꝰ incinerat̄. Quarto qn̄ impreſſio aeris vl̄ celi coꝛpꝰ doꝛmientis alterat. ſequit̄ interdū ſimile ſomniū. vt ſi aer vel celū eſt diſpoſitū influere humide. coꝛpꝰ facit ſomniare aīaꝫ de pluuia. Et hoc ē cōe in formica. muſcis. pulicibꝰ ⁊ gallo. ⁊ in brutꝭ alijs q̄ ex talibꝰ immutant̄. ⁊ iudicāt prudētes ex talibꝰ quoſdā euētus naturales. Quinto qn̄ ab angelis boniſ vel malis influxus aliq̄s de futuro recipit̄. tn̄ qui hꝫt de ſomnio diſcretiōꝫ ſpirituum. que ē ſm̄ aplm̄. j. Coꝛ. xij. grā ſpecialis ſpūſſancti. iudicare poſſet ⁊ deberēt de ſomnio. vt ſancti ⁊ ꝓphete. Sancti inq̄t Grego. vbi. ſ. viſiones ⁊ reuelationes quodā intimo ſapoꝛe diſcernūt vt ſciant q̄d a bono ſpū percipiāt vel q̄d ab illuſoꝛe patiantur.

¶ Quo ad tertiū notandū ꝙ Gen̄. j. D dixit deꝰ. Fiant lumiaria in firmamēto celi ⁊ diuidāt dieꝫ ac noctem. ⁊ ſint in ſigna. glo. ſerenitatis ⁊ tempeſtatis ⁊ tꝑa. gloſa. veris. eſtatis. autumni et

hyemis. Vñ primũ miniſteriũ qđ faciũt nobis corpa celi eſt. ꝙ faciũt diẽ ad laborandũ hoibus. ⁊ noctẽ ꝓ quiete noſtra. Secũdo ſeruiũt inquãtũ ſũt ſigna naturaliũ effectuũ. vt pluuie ſiccitatis. caloris ⁊ ſimiliũ. ſꝫ nõ ſic ſunt ſigna eoꝝ q̃ depẽdẽt a libero arbitrio noſtro. Sic ꝙ aliquis ex eis iudicare poſſit hunc furẽ oĩno fiendũ. luxurioſum ⁊ hmõi. Nam ⁊ Ptolomeus ait. Sapiens dñaẗ aſtris. Nã hec diuerſimode influunt ſm ꝙ deo ſeruim⁹ vel non. Vñ Leuit. xxvj. Si nõ feceritis mãdata mea ⁊c. dabo celuꝫ vobis deſup ferreũ. ⁊ terraꝫ eneã. ⁊ cõſummeẗ in caſſum labor veſter. Si aũt in p̃ceptis meis ambulaueritꝭ. dabo vobis pluuias tẽporib⁹ ſuis. ⁊ terra gignet germẽ ſuum. Vñ ſm Tho. li. iij. ɔtra gẽtiles. tria ſunt in hoie. videlicet corpus ſeu corpabilia. intellectus ⁊ volũtas. Itẽ tria alia ſunt in celeſtib⁹ videlicet. celũ ãgelus. ⁊ ds. Celũ ſolũ põt in corp⁹. vt illuminãdo. frigefaciẽdo ⁊ calefaciẽdo. Angel⁹ bon⁹ põt intellectũ illuminare. ⁊ malus nõ pt intellectui q̈cq̃ imp̃mere. De⁹ ſolus põt voluntatẽ vertere ad placitũ. Põt etiã i intellectũ ⁊ in corp⁹ imp̃mere quicq̈d vult. Quicq̈d vltra p̃fata aſtris aſſeribiẗ de actib⁹ ad liberũ arbitriũ ptinẽtibus eſt ſupſticioſum. vel ſupſticioni ꝓpinquũ.

E ¶ Quo ad quartũ de ſortibus notandum ſm Tho. ſcũda. ij. q. lxxxxv. arti. viij. Et ſm Nico. de lyra ſup illo Act. j. Sors cecidit ſup Mathiam. ꝙ vti ſortibus eſt ex vario euentu ſeu diſpoſitione alicui⁹ rei ſenſibilis ꝓpoſite determinare aliqđ dubiuꝫ vel incertum. Sicut ex feſtucis ꝓpoſitis per hoc ꝙ aliquis accipit breuiorem vel longiore. ſeu in ꝓiectione taxillorum ex hoc ꝙ aliquis ꝓijcit plura vel pauca puncta. vel ex ſimilibus aliqđ dubiũ inter hoies determinaẗ.

F Secundo notãdum ꝙ ſortibus vti contingit dupliciter. Aliqñ eſt maluꝫ aliqñ eſt bonũ. Malum eſt octo modis. Primo qñ quis ea intẽtione vtiẗ ſortibus quaſi actus humani qui requirunẗ ad ſortes vel euẽtus eoꝝ ſubdanẗ diſpoſitioni ſtellarũ. Hoc enim falſum eſſet non carens demonũ ſuggeſtione. Secũdo qñ quis expectaret ſortium iudiciũ a demonib⁹. qđ fit qñ fiunt in quibus veriſimile eſt demonis ibi eſſe opus. Sicut legiẗ ezech. xxj. ꝙ rex babylonis ſtetit i biuio in capite duarũ viarum cõmiſcẽs ſagittas. interrogauit idola. extra cõſuluit. Tertio qñ quis expectaret ſortialium actuũ euentus euenire a fortuna. ⁊ h̃ ſolum locum haberet in ſorte q̃ vocaẗ diuiſoria. Vt ſi queraẗ iudicio ſortiũ quid cui ſit exhibenduꝫ. ſiue illud ſit res poſſeſſa. ſiue ſit honor. ſiue dignitas. ſiue pena. aut aliqua actio. ⁊ talis ſors non videẗ habere niſi forte viciũ vanitatis. Sicut ſi aliqui nõ valentes aliquid diuidere ɔcorditer. velint ſortib⁹ ad diuiſionẽ vti quaſi fortune exponẽtes quis quã partẽ accipiat vt dicit Tho. Sed Nicoẗ. de lyra ſic dicit. Si diſpoſitio vel euẽtus ſortiũ expecteẗ in fortuna tm̃. nullum eſt vitiũ ſi mittanẗ ſortes ad determinãdũ inter hoies quis quaꝫ partem accipiat alicuius rei. ⁊ hoc ex cõmuni cõmittiẗ ɔſenſu fortune. Cauſa tñ motiua põt eſſe peccatũ. vt ſi ꝓpter cupiditatem ꝓpriam vel aliud viciũ nõ poſſumus ɔcordiẗ alio mõ diuidere.

G ¶ Quarto qñ quis expectaret iudiciũ ſortiũ vel euentuũ ſolum a deo vel a ſanctis angelis. Et licet hoc de ſe non ſit illicitũ qñ fieret in neceſſitate. ⁊ cũ reuerẽtia. tñ fit q̃druplicit cum pctõ. Primo ſi abſq; neceſſitate ad ſortes recurraẗ. hoc enim videtur ad dei temptationẽ pertinere. vt dicit Ambroſius ſuper

Lucã. Qui inquit ſorte eligit hũano
iudicio nõ deprehẽdit. Secũdo ſi qs
etiaʒ in neceſſitate abſq; reuerẽtia de-
bita ſortibus vtat. Videant tales di-
cit Beda ſup Act. j. hoc ipſos apl'os
non niſi collecto fratruʒ cetu ꝛ preci-
bus ad deum fuſis egiſſe. Tertio ſi di
uina oracula ad terrena negocia con
uertant. Unde. Aug. ad inquiſitiões
Januarij. His qui de paginis euãge
licis ſortes legunt. ꝛ ſi optanduʒ ſit ꝙ
hoc faciãt. id eſt. ꝑmittenduʒ ne maius
malum fiat vt potius ꝙ ad demonia
conſulenda concurrant. tamen mihi
diſplicet iſta cõſuetudo ad negocia ſe
cularia ꝛ ad vite huius vanitatẽ diui-
na oracula velle conuertere. Quarto
ſi electionibus eccleſiaſticis que ex ſpi-
rituſſancti inſpiratione fieri debẽt ali
qui vtant ſortibus. cõtra prohibitio
nem. ex. de ſortil. c. vlti. Nec obſtat ꝙ
Matthias eſt ſorte electus. hoc enim
adhuc nõ erat ꝓhibitũ. Itẽ cuʒ reue-
rentia ſpeciali ſpũſſancti inſtinctu fie
bat qð in ꝯſequentiã nõ eſt trahẽduʒ.
Vñ ꝛ Beda vbi ſ. dato ſpũſancto ſta
tim ſeptem diacones. nõ ſortibus. ſʒ
b electiõe facti ſunt. ¶ Sortibus tamẽ
licite quis vti poteſt q̃ntuplicit. Pri
mo qñ ꝑfata vitat. licet vtat ſorte in tẽ
poralibus dignitatibus. quia talia offi
cia ordinant ad terrena diſponendo.
Secundo in diuiſione rerum tꝑaliuʒ
dũmodo vitent vicia prius tacta. Ter
tio qñ neceſſitas aliq̃ ab electione di-
gnitatis eccleſiaſtice imineret. Tunc
eñ licitũ eſt cum debita reuerẽtia ſor-
tibus diuinũ auxiliũ implorare. Vñ
Aug. in ep'la ad honoratũ. Si int dei
miniſtros ſit diſceptatio q̃ eorũ in tẽ-
pore ꝑſecutõnis maneãt in fuga oim
ꝛ qui eorũ fugiant. ne morte eoꝝ oim
deſerat eccl'ia. Si hec diſceptatio alit
non poterit terminari q̃ntuʒ mihi vi-
detur qui maneant ꝛ qui fugiãt. ſorte
legẽdi ſunt. Et hoc modo vſi ſunt ſor
tibus ſancti viri qui in veteri ꝛ nouo
teſtamento legunt vſi fuiſſe ſortibus.
Sicut Joſue Achor reperit. Ibideʒ
.vij. Saul Jonathan. j. Reg. xiiij. Et
Zacharias ſorte exijt Luc. j. Quarto
licitum eſt. vt dicit Aug. j. õ doctrina
chriſtiana. Si tibi abundaret aliquid
qð oporteret dare ei qui non haberet
nec duobus dari potuiſſet. ſi tibi occur
rerent duo quoꝝ neuter alium vel in-
digentia vel erga te aliqua neceſſitate
ſuparet. nihil tutius faceres. ꝙ vt ſor-
te legeres cui dãdum eſſet. quod dari
vtriq; non poſſet. De talibus ſortibus
dicit Prouerb. xvj. Sortes mittunt
in ſinũ ſed a domino tẽperant. Quin
to fit licite ſm Innoc. ꝛ Hoſti. pro li-
tibus dirimẽdis. in his que tempora-
lia ſunt quãdo fit ſorte ſimplici cum
paleis vel hmõi. Concordat Gam-
fredus.

¶ Capitulum. xj.

E aliis autẽ ſupra enumeratis
D modis ſuꝑſtitioſis vt melius
agnoſcant ꝛ vitent a fidelibus
mouebuntur plures breues et vtiles
queſtiones. numero q̃draginta quinq; A
ꝛ ſoluent. ¶ Primo tamen notandũ
eſt ſm Thom. ſecunda. ij. q. lxxxij. et
.lxxxxiij. ꝙ cuʒ ſuꝑſtitio ſit religio ſu-
pra modum ſeruata. ſuꝑſtitiõis duo
ſunt genera. idolatria. ſcʒ ꝛ diuinatio.
per quaʒ quis aut occulta aut futura
inueſtigare nitit per pacta aut occul-
ta. aut manifeſta inita cum demoni-
bus. Diuinatio aũt vt dicit Iſido. li.
.viij. ethimol. hʒ plures ſpẽs. Et ſm
Tho. numerant. de quibus. i. dicet di-
ſtinctius. Una eſt preſtigium qua B
oculi hominũ preſtingunt. Alia ſom
niorũ diuinatio. Tertio nigromãtia
per quam futura diſcunt per viuos.
vt p arrepticios ac p phitones. Quar
ta necromantia qua ab hibitis ꝑcan-

tationibus quibuſdam ⁊ ſanguine vi
dentur reſuſcitati mortui diuinare et
ad interrogata reſpõdere. Quinta ge
omantia qua in materia terreſtri.ſ.vn
gue.ferro vel lapide futura pñūciant
per aliquas figuras vel ſigna inaīata.
verūtamē ad hoc genus ptinet diui-
natio q̄ fit ex cõſideratione eoꝝ q̄ eue
niunt ſerio ꝑ protractionē punctorū.
ꝫ ibi nõ fit inuocatio demonū niſi ta
cita. Sexta hydromātia que in aqua
idē facit. Septia aeromantia in aere
Octaua in igne piromātia idē facit.
Nona aruſpiciū per qđ in viſceribus
animalium immolatorum in aris de
monū idem fit.ſ.inueſtigatio occulto
rum vel futuroꝝ. Et ꝑ om̄es iſtas ſpe-
cies fiunt talia ꝑ expreſſam demonū
inuocationē. Sequētes aūt ꝑ tacitā.
Unde decima eſt matheſis q̄ ex ſide
ribus natiuitates hominū conſiderat
⁊ diuinat futura. Undecima ē augu-
rium a garritu auium dicta licet ſe ex
tēdat ad motus vel voces auium ſeu
quorūlibet animaliū. ſiue ꝑ ſternuta-
tiones hominū fiat vel mēbroꝝ ſalt⁹
Auſpiciū tamen ab inſpectione auiū
dictū ad oculos ꝓprie ptinet. auguriū
vero ꝓprie ad garritū auiū. quia in du
obus iſtis principaliter diuinatio in
auibus fieri ſolet. Duodecia ē omen.
⁊ fit in verbis. ⁊ circa eadē quādo qs
verba hominū certa intentiõe dicta.
alia intentiõe retorquet ad futurū qđ
vult pnoſcere. ſicut maximus Uale-
rius dicit. Omniū obſeruatio aliquo
cõtractu religioni innixa eſt. quoniā
non fortuito motu ſed diuina ꝓuidē-
tia conſtare creditur que fecit celos.
Tertiadecima eſt chiromantia quan
do alique diſpoſitiones figurarū con
ſiderantur in aliquibus corporib⁹ vi-
ſui occurrētes. vt ex lineamentis ma-
nus conſideratis. Quartadecima eſt
ſpatulamātia. ⁊ eſt diuinatio facta in
figuris ſpatule alicuius aīalis. Quin
tadecima ſortilegiū eſt. quod fit ꝑ cõ-
ſiderationē figurarū que ꝓueniūt ex
plumbo liquefacto in aquā proiecto
ſiue ex quibuſdā cedulis ſcriptis vel
nõ ſcriptis in occulto repoſitis. dum
conſiderat quis quā accipiat. vel etiā
ex feſtucis inequalibus ꝓpoſitis quis
maiorē vel minorē accipiat. vel etiā
ex taxillorū ꝓiectiõe quis plura pun
cta ꝓijciat. vel etiam duz cõſideratur
quid aperienti librum occurrat. que
omnia ſortium nomē habent. Pri C
mo igitur queritur de preſtigijs quot
modis oculi hominū poſſint deludi.
Eſt aūt preſtigiū ſenſuū quedā delu-
ſio oculorū preſertim. Et dicitur a pre
ſtringo. quia aciem oculorū preſtrin-
git. Dicit Iſido. viij. ethymol. c. ix. ita
ꝙ res videantur aliter eē q̄ ſint. Et vt
Alexander de hal. parte ſcđa dicit pre
ſtigium ꝓprie ſumptum eſt illa illuſio
demonis que nõ habet cauſā ex par
te mutatiõis rei. ſed ſolūmodo ex pte
cognoſcētis qui deluditur. ſiue quan-
tum ad interiores ſenſus. ſiue quātū
ad exteriores. Rñ. Alexāder de hales
parte ſcđa. De tribus modis in ge- R
nere põt fieri preſtigiū. Una deluſio
nanq̄ fit abſq̄ demonibus ⁊ artificia
liter. ſola videlicet agitatiõe hominū
oſtendentiū ⁊ occultantiū. Sicut fit
in traiectionibus ꝑ ioculatores vel ꝑ
mimos. Alius modus fit etiā ſine vir
tute demonū ⁊ naturaliter v̄tute quo
rundā corpoꝝ mineralium que q̄ hñt
poſſunt ſm quandā virtutē hmõi cor
poribus inditā rem oñdere vel facere
apparere non ſicut eſt. Vñ ſm Tho.
prima pte. q. cxiiij. arti. iiij. Et ſm ali-
os plures. Quedā herba accēſa fumi
gans facit trabes apparere ſerpētes.
Terti⁹ modus deluſiõis ē q̄ fit demo
nes. deo tñ ꝑmittēte. hñt.n. demones
quādā ptātē ex ordine nãe ſup q̄ſdam



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

res inferiores quas poſſunt exercere
circa iſtas res qñ deus ſinit. Et tūc ēt
E res apparent aliter q̄ ſint. ¶ Pōt em̄
demon quīqꝫ modis aliquē illudere
ꝙ iudicat rem aliter q̄ eſt. Primo mō
artificiali traiectione. Scđo naturali
applicatiōe alicuius rei. de quibꝰ di-
ctum eſt. qꝛ ꝑtātem in hoc habꝫ plus
q̄ homo ꝛ ſcientiā. ꝛ cū deus ꝑmittit
exequi. Tertio modo poteſt in aſſum
pto corꝑe ſe oſtēdere eſſe aliquā rem.
que nō eſt vt lactucam. Sicut accidiſ
ſe videt̄ moniali. de qua refert Greg.
.j. dyalogoꝝ. Vel in maſſa auri. vt de
btō Anthonio factū legitur. Vel lu-
pum vt infra dicetur ſe oſtēdere pōt.
Et ſic tegere rem alienam ſuo aſſum-
pto corꝑe. Quarto poteſt turbare or-
ganū viſus vt videat̄ res nubiloſa que
eſt clara ꝛ hmōi. Sicut etiā poſt fletū
lumē apparet aliter q̄ ante. Quinto
modo in imaginatiuā potentiaꝫ ope-
rando tranſmutatiōe ſpecierū ſenſibi
lium ſm Tho. Vel humores varios
mouēdo vt appareāt ignea vel aquea
ꝛ hmōi. ſicut in melancolicis natura
F liter fit vel in maniacis. ¶ Queſtio. ij.
Vñ ꝓueniant res viſe q̄s vidēt virgi-
nes in ſpeculis vel vnguibus malefi-
coꝝ ad furta ſublata ꝛ hmōi reperien
da. Et cur malefici potius recipiūt vir
gines mares vel femias q̄ corruptos
Rñ. ſm Guil. pariſieñ. in vltima pte
de vniuerſo. ꝙ ope demonū fit ꝑ mo-
dum vnū vl' plures ꝓcedēti dubio ex-
preſſos. Virgines aūt tm̄ ad hoc ido-
neas demon mentit̄ triplici de cauſa
lꝫ corruptis idem oñdere valeret. Pri
ma vt fingat falſo ſe caſtitatem amare
quā odit. qꝛ caſtiſſimā virginē ſumme
odit q̄ cōtriuit caput eiuſdē ſerpentis
vnde inſidiat̄ calcaneo eius. Vñ deꝰ
ait ſerpēti. Inimicitias ponā inter te
ꝛ mulierē ꝛ ſemen tuū ꝛ ſemen illiꝰ.
ipſa cōteret caput tuū ꝛ tu inſidiaberis
calcaneo eiꝰ. Geñ. iij. Scđo vt ſic ani-
mas maleficoꝝ ꝛ eis credentiū decipi-
at ad amicitiaꝫ demonū inclinatas ꝑ
infidelitatis viciū ſub ſpecie boni. nō
ſub ſpecie mali. Tertio vt corꝑa ſic le-
dat innocentū vel minus vicijs infe-
ctoꝝ. Nā poſtea vt ꝑ experientiā patꝫ
tales hñt viſum frequēter horribilio-
rem q̄ antea ex veſtigijs demonū reli
ctis in oclis vel facie vidētis. ¶ Que- G
ſtio. iij. an veritas aliqua ſubſit his q̄
dicunt̄ de monte veneris. vbi cū pul-
cerrimis feminis dicunt̄ quidaꝫ frui
luxuria ꝛ voluptate ad placituꝫ. Rñ.
Guil. vbi. ſ. li. de vniuerſo. ꝙ ficticiuꝫ
eſt totū. licet demonū opere tales ho
mines illudātur modis tactis in pri-
mo dubio. vt in veritate eis fieri videa
tur. qđ tm̄ in apparētia fit. Vñ refert
ꝙ quidā miles ſe ſic putabat frui qua
dam femina luxurioſe, qui euigilans
ſe reperit in luto quodaꝫ realiter am-
plecti quoddā cadauer mortue beſtie
¶ Queſtio. iiij. An veritas ſit ꝙ q̄dā H
in linea rheni begutte famāt ꝛ eis cre-
dentes de quodam monte circa Her
nenſe oppidū. in quo referunt̄ eē ab-
ſcōditi in antro viri ꝛ femie deuotiſſi-
me viuētes nullā cōionē hñtes cū a-
lijs fidelibꝰ. niſi ꝙ in feſtiuitatibꝰ pro
ſacramētꝭ recipiēdis trāſferūt̄ ꝑ aera
ad q̄ſdā ſibi notos pſbyteros i parro-
chijs: Rñ. ꝙ demonis opa iſta ſit̄ ꝓut
funditꝰ inueſtigaui. ꝛ laquei innocen
tum. ſicut in ꝓcedētibus duobꝰ dictū
eſt dubijs. Noui em̄ quandā deuotaꝫ
ſanctimonialē quā diabolus quidaꝫ
multo tpe impugnauit etiā viſibilit̄,
qui hāc de monaſterio conabat̄ educe
re illeſam ſub tali de quo querit̄ men
dacio, ſꝫ mētita eſt iniqtas ſibi. Nam
ipſa reſtitit de ꝯſilio prudentū. ꝛ demo
nem non curauit. ¶ Queſtio. v. quid I
ſentiendū eſt de nocturnis exercitibꝰ
qui aliquando dicunt̄ videri. ꝛ vnde

proueniãt tales apparentie. ꝛ cur ap-
parẽt. R̃n. ſm Guilhel. vbi ꝓus. ꝛ ſꝫ
Tho. in. iiij. diſ. xlv. Nã aliqñ viuẽtib⁹
tales apparẽt. Et pt ↄtingere ꝙ ſeptẽ
modis fit apparẽtia taliũ exercituum
Aliqñ ope ꝛ preſentia bonoꝝ angelo
rũ. ſicut Heliſeo factũ ẽ in adiutoriũ
ↄtra ſyrios eũ rape volẽtes. iiij. Reg.
.vj. Aliqñ fiunt exercit⁹ demonuꝫ ab
eiſdem viuos deludere volẽtes. Sic
rex demonũ cuꝫ ſuis apparuit beato
Martino in ſpecie xp̄i Martinũ co-
ronare geſtiens ꝓ meritis. Ita in vi-
taſpatrũ de qbuſdã legit̃. Itẽ in libro
dialogorũ beati Greg. de cõgregatio
ne demonũ iudicia inter ſe diſcernen
tiũ ſup reos legim⁹. Aliqñ apparẽtia
ſctõꝝ in patria exiſtentiũ. q̇ ꝓpria vir-
tute ad viuos veniſſe legunt̃ eis i ad-
iutoriũ. ſicut ſctũs Felix martyr q̇ ci
uib⁹ nolanis apparuit a barbaris ob-
ſeſſis. Et idẽ credendũ eẽ de alijs ſan
ctis ꝑut Aug. recitat libro de cura ꝓ
mortuis habẽda. Aliqñ fit ab aiab⁹ q̄
ſunt in purgatorio. vt ſuffragia expe-
ctant. vt btũs Greg. iiij. dialogoꝝ ꝓ-
bat multiplr̃. Et Guilhel. ſiliter. Ali-
qñ fit ab aiabus dãnatis ad eruditio-
nem hominũ. ꝛ ad terrorẽ. Aliqñ fie-
ri põt eruditione ꝛ imiſſione bonorũ
angeloꝝ in ſpm̃ viuẽtis alicuius ſine
reali apparẽtia. Aliqñ etiam fieri põt
mera deceptiõe demonũ. ſicut in pri-
mo dubio dictũ eſt. Ex q̇ ptꝫ falſuꝫ eẽ
ꝙ dãnate aie nunq̃ infernum exeant
imo hoc aliqñ fit dicit ſctũs Tho. ſed
ꝯtunc damnationẽ ſecum ferunt. vñ
dicit Tho. etiaꝫ modũ quo iſte appa-
ritiones fiunt aſſignãdo. Quis inqt
anime ſanctoꝝ vel dãnatoꝝ ꝯſentialr̃
aſſint vbi apparẽt. non tamẽ credẽdũ
eſt hoc ſemꝑ accidere. Aliquãdo em̃
huiuſmodi apparitiones fiunt vel in
dormiẽdo. vel in vigilando operatio-
ne bonorũ vel malorũ ſpirituũ ad in-
ſtructionẽ vel deceptionẽ viuentium
Sicut etiã ꝛ viui hoies aliqñ alijs ap-
parent ꝛ eis multa dicunt in ſomnijs
cum tñ cõſtet eos nõ eſſe pñtes. ſicut
Aug⁹. ꝑ multa exempla ꝓbat in li. de
cura ꝓ mortuis habenda. Queſtio
ſexta An verũ ſit ꝙ aliq̇ hoies ſint ſil-
ueſtres. R̃n. Alb. in de aialibus ꝙ ſic
vel ſaltẽ mõſtra hominũ ſunt. Sunt
em̃ in qntuplici differentia q̄ in ſiluis
apparẽt i hũana ſpecie. Aliqñ veri ho
mines rõnales. ſicut plures pr̃es ſan-
cti legunt̃ in vitaſpatrũ nudi ꝛ hirſuti
quodãmodo vel tecti folijs heremiti-
cã vitã ſoli duxiſſe. Et aliqñ ꝓ beſtijs
a tyrãnis a caſu in retib⁹ ferarũ capti.
Aliqñ ſunt mõſtra q̄dam in humana
natura. rõnabilia tñ ſicut ſatiri. qualẽ
vidit btũs Anthoni⁹ cuꝫ Paulũ pri-
mum heremitã queſiuit. ſicut ſcribit
Hiero. Ait em̃ ſatirus ille ad Antho
niũ. Mortalis ego ſuꝫ vnus ex acco-
lis heremi. legatione fungor gregis
mei. ꝑcamurq̃ vt cõmunẽ dñm ꝓ no
bis depꝑceris. quẽ ꝓ ſalute mũdi olim
veniſſe cognouimus. ꝛ in oẽm terraꝫ
exiuit ſonus eius. Erat aũt homũtio
aduncis narib⁹. fronte cornib⁹ exaſpe
ratus. cuius extrema ps corꝑis in ca-
prarũ fines deſinebat. Aliqñ ſunt qui
apparent veri hoies ſꝫ neglecti ꝛ velut
beſtie facti. Sicut hodie ſunt circa ter
ram galecien in hiſpanijs inſulis ho-
mines domeſticos fugiẽtes. velut fe-
re. vt docet expientia. De talib⁹ etiã vi
dent̃ fuiſſe mas ꝛ femia circa ſaxoniã
capti ꝑ venatores. de q̇b⁹ refert. Alb.
in de aialibus. ꝙ omo ſpẽm hũanã vi-
debant̃ habere. ſꝫ velut moriones eſſe
videbant̃. Vir em̃ viu⁹. ſꝫ femia mor-
tua capiebat̃. Aliquãdo ſunt pigmei.
quod animal ſm Alb. vbi ꝓus ẽ mul
tum ſimile hoi qꝛ erecte incedit. ma-
nibus vtitur ad opa q̄dam. loquit̃ lin-
gua. ꝛ tamẽ ſimplicit̃ plus ẽ beſtia q̃

homo. licet ſit nobilius animaliū īfra
homine. Aliquā etiā demones i ſiluis
apparēt eſſe hoies vel femine vt deci-
piant incantos. ſic cōmuniter habet
I in vitaſpatrū. ¶ Queſtio ſeptima An
verum ſit ꝙ malefici poſſint facere ve
ra animalia arte ſua? Rñ. ſm Alber.
vbi ſupra. ꝙ ſic deo ꝑmittente. Aliquā
īpfecta qdā aialia ꝓcurare poſſunt
fieri nō in inſtāti ſicut deus facere po
teſt. ſ; motu qdam. licet ſubito. ſic ptz
de malefic ſm Aug. Et Exo. vij. vbi
glo. Strabi ſup iſto. Vocauit Pha
rao ſapiētes. dicit. ꝙ demones diſcur
runt ꝑ mundū ⁊ colligūt diuerſa ſemi
na ⁊ ex eoꝝ adaptatione poſſunt pro
rumpe diuerſas ſpecies. Et glo. ibidē
ſic dicit. Dum ꝑ incantationē demo
nū malefici aliqd efficere conant. diſ-
currūt ꝑ mundū ⁊ ſemina ſubito eoꝝ
de qbus hoc agit afferūt. ⁊ ſic ex illis
ꝑmittente deo nouas ſpēs rerū ꝓdu-
cunt. Licet ḡ demonū opere fieri pñt
deo ꝑmittente vera talia. nō illuſoria
id eſt. ſolum apparētia. tñ talia dicun
tur ſigna mēdatia ſemp. qꝛ demones
talia ſolum ⁊ principaliter faciunt ad
ſeducendū hoies videntes. vñ qd. ij.
Theſſal. ij. dicit aplus de antichriſto.
ꝙ aduētus eius erit ſm opationē ſa-
thane in oi virtute ⁊ ſignis ⁊ ꝓdigijs
mēdacibus. Sancti aūt miracula dei
virtute increata impetrāt vtilia fidei
et inſtantanee cū placet altiſſimo.
M ¶ Queſtio octaua. An ope demonū
trāſformatōnes poſſunt fieri hoim in
beſtias. ſicut in lupos ⁊ hmōi. Rñ. ꝙ
non. Vñ. xxvj. q. v. epi. Ex cōcilio ac
quirēſi ſic dicit. Quiſqs credit poſſe
fieri aliquā creaturā aut in meli⁹. aut
in deterius imutari. aut trāſformari i
aliā ſpēm vel in aliā ſiītudinē niſi ab
ipſo creatore qui oia fecit ⁊ ꝑ quē oia
facta ſunt. ꝓculdubio infidelis eſt et
pagano deterior. Idem late oſtendit
btūs Aug. de ciui. dei. li. xviij. c. xviij.
vbi oñdit ꝙ demōes faciūt tales trāſ-
formationes non realiter ſ; viſum hu
manū decipiēdo. ſicut oſtēſum ē du-
bio ꝓmo multis modis. Vñ Aug. ibi
dic. ꝙ famoſiſſima maga Circes mu-
tauit ſocios vlyſſis in beſtias. Et qdā
ſtabularie mulieres cōuertebāt hoſpi
tes ſuos in iumenta onera portantia
Refert etiā ſocios Diomedis i aues
cōuerſos ⁊ poſtea longo tpe circa tē-
plum Diomedis volabāt. Et qd pre-
ſtantius narrauit de patre ſuo veracit
qui dicebat ſe caballum fuiſſe ⁊ anno
nā cū alijs aialibus baiulaſſe. Nā vt
Aug. ibidē ſoluit. In ꝓmo ſola appa
rentia fuit ⁊ oculorū deceptio. In ſe-
cundo ⁊ quarto vera onera fuerunt q
demones inuiſibiliter pñtes portaue
runt. In tertio vo ſocij Diomedis ꝑ
demones fuerūt de medio ſubito ſub
tracti ⁊ aues vere loco eoꝝ imediate
poſite. q ibi volauerūt. In nullo aūt
ꝑdictoꝝ de hoie vere factū fuit irrōna
le aial. ſ; ſolū apparēter. Dic tñ Tho.
.j. pte. q. cxiiij. arti. iiij. ꝙ oēs trāſmuta
tiōes corpaliū reꝝ q pñt fieri ꝑ aliqs
virtutes naturales ad quas ꝑtinēt ſe-
mina q in elemētis huius mūdi inue
niunt. poſſunt fieri ꝑ opatiōes demo
num hmōi ſeminibus adhibitis. Si-
cut cum aliqua res trāſmutat in ſerpē
tes vel ranas q ꝑ putrefactionē gene-
rari poſſunt. Ille vo trāſmutationes
corporaliū reꝝ q nō poſſunt vtute na
ture fieri. nullo modo operatione de-
monum ſm rei veritatē perfici poſ-
ſunt. Sicut ꝙ corpus humanū mute
tur in corpus beſtie. aut ꝙ corpus ho
minis mortui reuiuiſcat. Quod ſi fie
ri videat apparētia eſt. ſicut oſtēſum
eſt. q. j. ¶ Queſtio nona. vnde ḡ ꝓue-
nit ꝙ quidā lupi tam crudeliter aſtu- N
te ⁊ particulariter homies comedunt
Rñ. ſm Alber. in de animalibus. et

ſm̄ alios ꝙ ex ſeptez cauſis ꝓuenire
pōt. Aliqñ ꝓpť famis augmentū. Si
cut ⁊ cerui aliqñ ⁊ alie beſtie hoibꝰ ap
ꝓpinquāt. Aliqñ ꝓpť ferocitatē viriū
In frigidis em̄ regionibꝰ ſunt corꝑe
minores ⁊ magis aſperi ⁊ feroces. Si
cut etiaz tpe coitus. ⁊ qñ hñt catulos.
vt Ariſto. dicit li de aīalibꝰ. ſunt ma
gis ſeui ſicut canicule. Aliqñ ꝓpť aſtu
ciā ⁊ ſeniū. Lupi em̄ q̄nto ſunt ſenio-
res. tāto deteriores. ⁊ nocēt hoibꝰ. qꝛ
nō poſſunt venari beſtias ꝓpť etatē ⁊
dentes eoꝝ ꝯſtringunť. Aliqñ ꝓpť ex
perientiā hūanaruz carniū. q̄ qꝛ optie
cōplexionate ſunt ⁊ ꝑ cōſequens dul-
ciores ſunt. Vñ ſicut voluptas lecca
torem trahit ad voluptuoſum cibum
ſic hūane carnes a lupis aut in ſepul
cro aut poſt bellum hoim vel alio mō
guſtate. Aliqñ ꝓpter cerebrū rabidū.
efficiunť ſicut canes rabidi. ⁊ tūc quē
cunq̄ inuenerint trucidāt. ſicut ⁊ ca-
nes aliqui. Aliqñ ꝓpter opationē de-
monū vt hoies credant hoies ⁊ vetu-
las falſo in beſtias mutari. ſicut paga
ni putabāt. Vñ demonis ope potuit
illud fieri qđ refert Vincētius i ſpecu
lo hyſtoriali. li. vj. c. xl. In gallia inq̄t
ante xp̄i incarnationē ⁊ ante bellum
punicum. lupus vigili e vagina gla-
dium obſtulit. Et Guil. vbi ſupra. re
fert de quodaz viro qui ſe cōuerti pu-
tabat in lupum certis temporibꝰ qui
bus in antris latitabat. Illuc em̄ cer-
to tpe iuit et ope demonis velut dor-
miens iacuit. ⁊ ſibi interim cuz fixus
maneret videbať ꝙ lupus ipe factus
circūiret pueros deuorādo. ⁊ cū illud
realiter ſolū demō quendā lupū poſ-
ſidens faceret. putabat falſo ſe ſomni
ans circuire. q̄ mō tamdiu demētatꝰ
eſt vir ille quouſq̄ inuētus ē iacere in
ſilua raptꝰ mētaliter. Aliqñ etiā fit ꝓpť
occultuz vel manifeſtū dei iudiciū ꝙ
demonū vel diuio inſtinctu lupi ꝓpť
peccata parentū vel pueroꝝ tales dā-
nificant. Sicut factū eſſe legimus q̄-
dragita duobꝰ pueris q̄ deridēdo He-
liſeū dicēdo. Aſcēde calue. aſcēde cal
ue. a duobus vrſis de ſilua exeuntibꝰ
ſtatim iugulati ſunt. iiij. Reg. ij. Et de
leone q̄ ꝓphetā dei iuſſum nō implen
tē occidit. iij. Reg. xiij. Sic etiaz vt in
hyſtorijs legimus tpe Auiti epi vyen
ſi letanie miores q̄ ante aſcēſionē dñi
celebranť triduo inuēte ſunt qñ lupi
ciuitates intrātes ibi hoies vorauerť
publice. Hec deus cōminatus ē. Le-
uiti. xvj. dicēs. Si nō feceritis māda-
ta mea. emittaz in vos beſtias agri q̄
cōſumāt vos ⁊ pecora veſtra. Et Deu
tronō. xxxij. Dentes beſtiarū immittā
in eos cum furore trahentiū ſup terrā
atq̄ ſerpentiū. Qđ oſtēdit deus effe-
ctu. iiij. Reg. xvij. qñ leones imiſit q̄
deuorabāt idolatras in terrā ſamarie
loco veroꝝ dei cultoꝝ poſitos. Que
ſtio decima. qđ de raptis femis in an-
garia. ⁊ alias q̄ reſtitute ſenſibus mi-
ra dicunt de aīabus in purgatorio. in
inferno. de furtis ꝑditis ⁊ ſilibꝰ. Rñ.
ꝙ ſupſtitioſe agunť iſta ope demonū
deluſe. ſicut in pma q̄ſtione dictū eſt.
Nec obſtat ꝙ candela aduſte nō ſen-
tiant qñ ſunt i raptu. qꝛ diabolus mē-
tem interiorē ſic ſtringit ꝙ exterius ni
hil ſentiūt. ſicut fit aliqñ in melancho
licis. vel etiā naturaliter. ſicut de quo
dam viro noie Reſtituto refert btūs
Aug. de ciui. dei. qui qñ voluit rapie-
bať a ſenſibꝰ adeo ꝙ etiam vellicātes
non ſenſit. Queſtio vndecima. vtꝝ
demones ſint q̄ nocturno tpe i collis
equoꝝ quaſi ſtrepas faciūt de crinibꝰ
vbi gutte ceree reperiunť. et plura in
ſtabulis beſtiarū facere videntur. Rñ.
Guil. ꝙ ſic. niſi homies talia ex aſtu-
cia facerent artificialiter. Queſtio
duodecia. Vtꝝ demonū opere cam
ptiones pueroꝝ fiant. ſic ꝙ infantes

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ponant̃. qui inpingnant̃. ꝫ ſemꝑ miſe
ri ſunt. Rñ. Guil. ꝙ ſic. qñ parẽtes in
fantes non oꝛonib⁹ ⁊ cruce muniunt
Tunc em̃ demon vicẽ infantis gerere
pōt vel trãſlationẽ facere deo ꝑmittẽ-
te. vix tñ talia ſunt credenda fieri oꝑe
demonũ niſi litteratoꝝ iudicia aſſint.
K Queſtio. xiij. Vtrũ demon localiť
poſſit trãſferre aliquez hominẽ de lo-
co ad locũ inuitũ. Rñdet Guil. ꝙ ſic
Sicut etiam bonus angelus tulit in
cincinno capitis Abachuc de iudea i
chaldeam. Exemplũ aliud habes du
bio. iij. Sed vt in ꝓcedẽti dubio dictũ
eſt. ⁊ in ſolutione ꝑmi dubij. credẽdũ
eſt talia ſolum vt plurimũ in ſpiritu.
id eſt. i imaginatiua hoīs fieri. nõ rea
liter. niſi forte raro. vt tenet dñs Alb-
tus ⁊ Vdalricus in ſumma. Qđ aũt
aliqñ coꝛpa..ter fiat ⁊ localiter. patet
de puero ꝗnquẽni cuiuſdaz nobiliſſi-
mi viri. qui puer monachus ꝓtunc fa
ctus a monaſterio nocte illatus eſt pi
ſtrino clauſo. vbi reptus mane ſe per
quoſdã dixit ad magnũ cõuiuiũ dela
tum. ⁊ vt comederet iuſſum. ⁊ ꝑ ſupe-
rioꝛa a piſtrino īmiſſuz. vt refert Pe.
damian. Et habet̃ in ſpeculo hyſtoria
li. li. xxvj. c. xliij. Qꝫ aũt aliqui male-
ficiati vł amoꝛe mulieꝝ capti dicũt ſe
nõ poſſe cõtinere qn̄ oꝑteat eos currẽ
ad amaſias. verũ ẽ in ꝑte. ⁊ in ꝑte fal-
ſuz. Nã ſi dei grãz vellent inuocare. ⁊
facere qđ in ſe ẽ vt cõterent̃ de pecca-
tis. deus illa eis dimitteret ⁊ gratiam
infundendo robur reſiſtendi demoni
tribueret. Et ſic eos ad peccandũ ne-
mo poſſet cogere vel mouere localiť.
Si ſi illa renuũt. nõ mirũ eſt ſi in po-
teſtate demonis poſiti eoꝛuz dñs eis
dominat̃ diabolus vel voluptatis ap
petitus. Dicit enim btũs Auguſtin⁹
in omel. ſuper illo verbo Joh. vj. Ne
mo poteſt venire ad me niſi pater me
us traxerit eũ. Trahit vnũquẽꝗ ſua
voluptas. Oſtendis oui viridem ra-
mũ ⁊ te ſequit̃. nullo ſcꝫ coꝛꝑaliter tra
hente. Sic Chryſo. dicit ſuꝑ Matth.
.xx. de aſina quã xp̄s equitauit. ꝙ cuz
demon voluntatẽ hoīs peccato poſſi
det. quaſi ad libitum trahit quo pla-
cet. Exemplum dans de naui in mari
perdito gubernaculo ꝗ ad venti libi-
tum proijcit̃. ita equo potẽter inſidẽs
ita rex tyrãni hñs poſſeſſionẽ. Que S
ſtio. xiiij. Quis faciat illos ſtrepitus
⁊ luſoꝛia illa ꝗ audiunt̃ aliqñ ⁊ videt̃
vt in inquietationib⁹ domoꝛũ noctur
nis vbi ꝓijciunt̃ lapides. vel inquie-
tant̃ pulſu homines. vel vident̃ incen
di fantaſtici ignes. vł alie ludicre oꝑe
rationes. Rñ. ſm Guil. ⁊ Caſſianũ in
coll̃. patrũ. Qñꝗ3 illa fiunt ⁊ ſepe oꝑe
demonũ taliũ ꝗ plus nocere non pñt
hoibus niſi in talibus poteſtate diui-
na ligati. Ridiculoſi em̃ tales inutiles
effectus demonũ malignoꝝ oꝑa oſtẽ
dunt. Aliquãdo fiũt ſtudio maligno-
rum hominũ qui domos volunt eua
cuari hominib⁹. vel lucrari tempoꝛa
lia ſub titulo falſo apparentium ani-
marum. vel ſub illo pretextu introdu
cere luxuriam vel furtum cõmittere.
Aliquãdo etiã fieri poſſunt ex curioſi
tate hominũ volentium terrere ꝓxi-
mos ioco. vel ex fantaſticis ⁊ melan-
cholicis debilitatibus prout experien-
tia docet in ꝑfatis eos qui mundũ im
mundũ nouerunt. Anime enim ſiue
ſint damnate ſiue i purgatoꝛio ſiue i
celo. nullatenus ſunt credẽde talia fa
cere. qꝛ primis nõ legit̃ admiſſum. re-
liquis quia in charitate ſunt. iſta tru-
fatoꝛia inutilia non cõueniũt. Vñ nõ
eſt dubium quin demones aliquãdo
tales etiam inquietudines faciant. vt
erroꝛ paganicus redeat. quo credeba
tur animas defunctoꝛum circa tumu
los vel circa aras habitare nõ in infer
no. Si aũt adeſſent aīe ð purgatoꝛio

tales veriſimiliter autvtilia opa vel ſa
lubria facerēt ⁊ oſtēderēt. aut auxilia
a viuis peterēt. ſicut beat⁹ Greg. po-
T nit exēplū in. iiij. dyalogoꝝ. Que-
ſtio. xv. An demōes poſſint ⁊ audeāt
grauit hoīes ledere. Rñſio ſm Tho.
ꝙ ſic. Poſſunt em̄ deo pmittēte q̄ntu
pliciter ledere. videlʒ in rebus. fama.
corpe. vſu rōnis. ⁊ in vita. De reb⁹ ptʒ
Job. j. ⁊. ij. cui pecora. domū abſtulit
⁊ liberos. De fama ptʒ in legēda bea
ti Hiero. vt refert Joh. an. in hierony
miano. ꝙ diabolus ſe trāſformauit in
formaʒ ſācti Siluani epi in nazareth
amatoris Hieronymi. Qui demon
primo feminā nobilem nocte in lecto
procaret ⁊ puocare cepit ad luxuriam
verbis. ⁊ deinde factis ſollicitauit ad
malū. que cū clamaret demon in ſpe
cie epi ſcti ſub lecto femine ſe abſcon
dit. vbi requiſit⁹ ⁊ inuētus p luxurio-
ſa verba ſe mētitus eſt eē epm Silua-
num. In craſtinū igiť ſanctus vir diſ-
parēte diabolo diffamatus ē grauiſſi-
me. que infamia tandē circa ſepulcrū
ſancti Hieronymi fatēte diabolo in
obſeſſo corpe purgata eſt. De corpo-
re pʒ in beato Job. qui pcuſſus eſt a
demone vlcere peſſimo Job. ij. De ta
li refert Sigiſbertus ⁊ Vincētius in
ſpecło hyſtoriali. libro. xxv. c. xxxvij.
ꝙ tpe Ludouici ſcdi impatoris in par
rochia mogūtina quidā demon pmo
ſepe lapides iecit ⁊ q̄ſi malleo ad do-
mos pcuſſit. Et deinde publice loq̄n
do furta prodēdo ⁊ diſcordias ſemi-
nādo plures inquietauit. deinde oēs
cōtra vnuʒ irritauit. cuius hoſpicium
vbicūqʒ manebat incendit. ⁊ ob illius
peccata omnes pati affirmauit. vnde
tandē agros pro hoſpitio habere po-
tuit. ꝓpter qđ cum presbyteri latanias
celebrarent. multos lapidūʒ iactibus
demon vſqʒ ad cruentationē leſit. ali-
quando quieuit, aliquando ſeuit, ⁊ p

trienniū iſta cōtinuauit. quouiſqʒ ibi-
dem omnia edificia incendio cōſum
pta ſunt. De nocumēto vſus rōnis ⁊
vexatione interiorū ſenſuū ptʒ in poſ
ſeſſis ⁊ arrepticijs. p euāgelicas etiam
hiſtorias. De morte ⁊ ꝙ vita etiā quoſ
dam priuat. pʒ Thobie. vj. de ſeptem
viris Sare virginis occiſis. qui ꝓpter
luxurioſum effrenem appetitū in vir-
ginē Saram. eiuſdē nō erāt digni ma
trimonio. Queſtio. xvj. Vtrū ma- D
lefici poſſint veraciter ſuis maleficijs
homines ledere. ⁊ ſi ſic. quib⁹ modis
⁊ quibus rebus. Dicunť aūt malefici
vt dicit Iſiđ. viij. ethymoł. c. ix. ob fa-
cinorum magnitudinē. Hi elementa.
ſubdit concutiūt ſcʒ opere demonum
turbant mētes hominuʒ. ac ſine vllo
veneni hauſtu violentia tm̄ carminis
interimūt. vt Lucan⁹ dicit. hec Iſiđ.
Rñ. ſm Tho. in. ij. circa di. vij. ⁊. viij.
et in. iiij. diſ. xxxiiij. Et cōiter ſm oēs
theologos ibidem ſcribentes. ꝙ male
fici oībus iſtis modis poſſunt procu-
rare leſiones in hominibus, ⁊ eorum
rebus cooperāte demone. in quibus
demon poteſt ſolum ledere vł decipe-
re. de quibus modis iam dictum eſt a
principis huius materie de ſupſtitio
nibus, preſertim queſtione immedia
te p̄cedenti. videlʒ. xv. De hoc etiam
infra dicetur. Nō autē faciunt iſta im
mediate maleficoꝝ opera actiōe pro-
pria ⁊ immediata. ſed talia fiunt p de-
mones quiviſis maleficijs immedia-
te ex pacto dudum cū maleficis a pn
cipio mundi ⁊ tempore veteris idola
trie habito ſciunt qualem effectū de-
bent ad intentionē maleficoꝝ procu-
rare. Vt exēpli grā. Scopa quā ma-
lefica intingit aque vt pluat. ñ cauſat
pluuiā ſed demon talibus viſis q̄ (ſi
deus pmiſerit) ptātem habet in oīa
corporalia ⁊ in aerem. vētos ⁊ nubes
vt ſtati talia pcurare ⁊ cauſare valeat.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Maga ſiquidē ſignū̄ʒ dat per ſcopā̄.
ſʒ demon illud ꝓcurat ⁊ agit vt pluat
per demonis actionē cui maga mala
fide ⁊ ope ſeruit ⁊ ſe tradidit obſeqꝫs il
lius vel aliꝫs. Sic qñ imaginē ceream
vel ſilē ad maleficiendū̄ aliquē. male
ficus facit. vel qñ maleficio alicuius
in aqua vel plumbo imago apparet.
quicq̄d moleſtie infert tali imagini ta
le experit fieri imaginato. i. hoī male
ficiato. puta pūctura vl' alia leſura q̄-
cūq₃. que leſio realiter quidē infertur
imagini p maleficū vel p aliū hominē
ſʒ inuiſibiliter demon maleficiatū ho
minē eodē modo ledit. dei ꝑmiſſione
X ſi demeruit reꝰ. ¶ Queſtio. xvij. An
licitū̄ʒ eſt talia maleficia tollere. Rñ.
ſm doctores ſub diſtinctiōe. aut tolli
poſſunt, ſine ſupſtitioſis modis. vt p
licitū exorciſmū aut p orōnem vl' in-
terceſſionē ſanctoꝝ. vl' p ſacramētalez
maleficiati ꝯfeſſionez. vel p preciſam
oſtēſionē ſeu indicationez alicuius q̄
ſcit vbi eſt imago vel per ſolū motuz
localē. vel modo cōgruo ſimili. ⁊ ſic
eſt licitū. Aut non poſſunt tolli niſi p
ſupſtitioſum modū. vl' per noua ma-
leficioꝝ opa. ⁊ ſic eſt illicitū. quia ſm
apl'm. nō ſunt facienda mala vt eueni-
y ant bona. ¶ Queſtio. xviij. An ne hi
qui in charitate ſunt ledi poſſint per
maleficos. ſicut hi qui in pctō morta-
ſunt. Rñdet ſm Caſſianū in collatōe
patrū. q̄ nequaq̄. Boni em̄ in rebus
p demonē ⁊ ſuos ledi pñt in meritum
eoꝝ ⁊ ꝓbationē. vt in bonis fortune q̄
ſunt exteriores res fama ⁊ ſanitate cor
poris. Sic de btō Job patuit q̄ in ta-
libꝰ leſus fuit p demonē. ſʒ in nullum
pctm̄ bonis hominibꝰ inuitis p male
ficia trahi poſſunt. licet tentari valeāt
ab intra. ⁊ in carne extra. ſʒ nullatenꝰ
violentari. Sic em̄ ponit exemplum
Caſſianus de duobus maleficis q̄ be
atū Anthoniū per tres demones ſuc

ceſſiue miſſos de cella mouere nequi-
uerūt lʒ tentatū ſe p hoc ſentiret. Sʒ
q2 ſigno crucis ⁊ orōne tentationi re-
ſtitit. inefficacia oīm fuerūt maleficia
Verū in peccatoribꝰ demon poteſta-
tem maiorē habet ⁊ magnā. Vñ veri-
tas ait Luce. xj. Cū fortis armatꝰ cu-
ſtodit atriū ſuū₃. in pace ſunt oīa que
poſſidet. Si aūt fortior ſupueniēs vi-
cerit illū₃. vniuerſa arma eius aufert
in quibus cōfidebat. ¶ Queſtio. xix. z
Cur malefici inſtrumenta ſue malicie
per ſacramēta eccleſie vel p alia diuina
tangi procurant. vt filū trahendo per
criſma ſacrum. vel imaginē cereā ſub
palla altaris ad tēpus ponendo. ⁊ ſi-
milia faciendo. Rñdetur. Demonis
inſtinctu iſta fiunt triplici de cā. Pri
mo vt nō ſolū homīes p talia ꝑdi fi-
ant. ſʒ etiā ſacrilegi. diuina quantū in
eis eſt cōtaminando. plus deū creato
rem ſuū offendant. in ꝯmunis aīas pro
prias condemnēt. ⁊ plures in pctā ru
ere faciant. Scdo vt deꝰ ſic grauiter p
hoīes offenſus ſm beati Augꝰ. ſniaʒ
demoni maiorē poteſtatē in homīes
malos tribuat. quibꝰ deus ꝯcedit ira-
tus qd̄ denegaret ꝓpitiꝰ. Tertio vt ſic
ſub ſpecie boni apparētis plures ſim
plices faciliꝰ decipiāt. qui tacta di-
uinis rebꝰ ⁊ orōnibꝰ a deo putāt etiaʒ
aliq̄d numinis obtinuiſſe vbi ſolū ma
iora pctā ſunt ꝯmiſſa. ¶ Queſtio. xx. aa
eſt. Cur plura maleficia ⁊ ſupſtitiōes
exerceri ſolēt ſacratioribꝰ anni tpibꝰ.
⁊ pſertim circa feſtuʒ natiuitatis xpi.
Rñdet q̄ triplici de cauſa ſicut in pre
cedenti dubio p oīa. Quia feſta plus
franguntᷣ peccatis mortalibus q̄ȝ me-
chanicis opibus. vt Augꝰ. dicit li. de
decē chordis. ſuperſtitio aūt de maxi
mis ſeruilibꝰ opibus demonis eſt cō-
tra diuinā reuerentiaʒ. Ratio ſecūda
eſt ſpecialis de kalendis Januariꝫ. q2
vt Iſid. dicit li. viij. ethymo. c. ij. Janus

a quo Januarius mẽſis dictus eſt. q̄
in circũſionis xp̄i die incipit. idolum
fuit diuerſis faciebus ↄfictũ. vna tãq̄
eſſet finis anni p̄cedentis. ⁊ alia tanq̄
eſſet principiũ futuri ⁊ iminẽtis anni
ꝓtector ⁊ fortunatus autoꝝ. in cuiꝰ re
uerentiã potius demonis in idolo ve
nerati ſũt demões varias cõmotiões
luxurioſas fecerũt. ſtrenas ⁊ iocalia
ſibi mutuo hoĩes tradiderũt. choreas
varias duxerũt. mẽſas p̄parauerunt.
De q̄bus mẽtio fit p btm̄ Aug. in mł
tis locis ⁊ libris. ⁊. xxvj. q. v. habes fe
re p totũ. ꝫ has corruptelas falſi xp̄ia
ni imitant̄ hodie circa eadem feſta. li
cet p̄dicatione ſanctoꝝ extirpate ſint
in multis locis. ⁊ tñ demonũ opatiõe
alicubi trãſlata ad tp̄a carniſpriuij q̄ñ
cum laruis ⁊ ludis ⁊ alijs ſupſtitioni-
bb bus ſimilia fiũt. Queſtio. xxj. Vn-
de prouenit q̄ femine ſepe in maiori
multitudine repiunt̄ ſupſtitioſe ⁊ ma-
lefice q̄ viri. Reſpõdet̄ triplici de cau
ſa. Primo q: prone ſunt ad credẽduꝫ
fidem aũt malã demon principaliter
querit. Vnde Ecc̄. xix. Qui cito cre-
dit leuis eſt corde: ⁊ minorabit̄. Scd̄o
q: a natura ꝓpter fluxibilitatẽ cõple-
xionis faciliores ſunt impreſſiõis ad
reuelationes capiẽdas p impſſioneꝫ
ſepatoꝝ ſpiritũ. vt Guil. dic̄. vbi ſu-
pra. q̄ complexione cum bene vtunt̄
multũ bone ſunt. cũ male peiores ſũt
Tertio q: linguã lubricã habent. ⁊ ea
q̄ mala arte ſciunt eis comparibꝰ fe-
minis vix celare poſſunt. ſeq̄ occulte
cũ vires nõ habeãt p maleficia vindi-
care q̄runt faciliter. Vñ. Ecc̄. xxv. Cõ
morari leoni ⁊ draconi plus placebit
q̄ hitare cum muliere nequã. Breuis
oĩs malicia ſup maliciaꝫ mulieris.
cc Queſtio. xxij. Vtrũ credi poſſit li-
cite q̄ demones incubi ſint et ſuccubi
mulieribꝰ īfeſti. ⁊ feminas cog̃ſcẽtes.
Rñdet Aug. de ciui. dei q̄ ſic et Iſid.

li. viij. ethimo. ⁊ Tho. in multis locis
Quõ autẽ ⁊ q̄bus de cauſis illa ꝓue-
niant quõ vel an liberari poſſit q̄s ab
hac vexactione. vide in dialogo queꝫ
collegi de formicarũ ꝓprietatibꝰ li. v.
Queſtio. xxiij. An ne poſſint aliq̄ dd
regule dari p quas agnoſcat̄ vtrũ ali-
quid ſit ſupſtitioſuꝫ vel nõ. Dicit̄ aũt
ſupſtitio vt paꝫ Col̄. ij. ſup illo. Que
ſunt rõnem habentia ſapientie in ſu-
pſtitione. Gloſa em̄ dicit ibi. q̄ ſupſti
tio eſt religio ſupra modũ ſeruata. id
eſt. modis vel circũſtãtijs malis ⁊ de-
fectuoſis. Eſt v̄o religio virtus incli-
nans ad exhibenduꝫ deo rõne ſue ex-
cellentie debitũ cultum ⁊ honorẽ. taꝫ
in cordis q̄ in corporis actibus. Rñ. ſm
Tho. ſecũda. ij. q. lxxxxiij. q̄ ſic. ſalteꝫ
in genere ⁊ l̄ratis. put ex v̄bis elicit̄
eiuſdem ſancti. Et ſunt quiq̄. Prima
eſt cũ gloria dei ſit finis noſter princi
palis quẽ in oĩbus q̄rere debemꝰ. at-
tendatur an opus ſit ad gloriã dei. et
bõ in ope deo det principalit̄ gloriaꝫ.
p ipm̄q̄ opus mẽs hoĩs deo ſubijcia-
tur. Iuxta illud. j. Cor. x. Siue man
ducatis ſiue bibitis ſiue aliud q̄d fa-
ciatis. oĩa in dei gloriã facite. Secun-
da. videat̄ an opus q̄d fit ⁊ q̄d ptinet
ad aliquã abſtinentiã corporalẽ vł ad
corporis exercitiũ vtrũ ſit refrenatiuũ
cõcupiſcẽtie modo virtuti debito ſm
ritum eccł'ie vel ſm moralem doctri-
nã. q: ap'ls dic̄ Rom. xij. Rõnabile ſit
obſequiũ vr̄m. loq̄ndo de corpalibus
exercitijs. Tertia videat̄ an opꝰ ſit ſm
ſtatutũ vniuerſalis eccł'ie vel ſm ſcri-
pture ſacre teſtimoniũ. vel ſaltem ſm
particularis eccł'ie ritum. aut de ↄſue
dine generali. q̄ ſm Aug. p lege ha-
bẽda ẽ. vñ btũs Greg. ſcribit Auguſti
no angloꝝ ep̄o dicẽti. q̄ ſũt diuerſe ec
cleſie ↄſuetudies ī miſſaꝝ celebratiõe
Mihi inq̄t Gregorio placet vt ſiue in
rõana ſiue ī galliaꝝ ſeu ī q̄cũq̄ eccł'ia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aliquid inueniſti qđ plus omnipotēti deo poſſit placere ſollicite eligas. Diuerſe inquit Tho. eccl'ie ꝯſuetudines in cultu diuino in nullo veritati diuine repugnāt. ꝛ ideo ſunt ſeruāde ꝛ eas ꝑterire illicitū eſt. Quarta inſpiciat̄ an opus adhibitū. vel exercitiū ad effectum q̄ expectat̄ hēat naturalē ꝓportionalitatē vl' nō. de q̄ phyſici medici ꝛ aſtrologi inq̄ntū tales multa iudicare poſſunt ꝛ theologi. Quīta ꝯſideret̄ ſi opꝰ nō eſt merito res alicuiꝰ ſcandali dati ꝑbens occaſionē ruine. q2 tūc licet nō eſſet ſupſtitioſuȝ. tñ ꝓpter ſcādalū eēt dimittēduȝ vel differendū. vel occulte ſine ſcādalo faciendū. quicq̄d ēvni ex ꝑmiſſis ꝯtrariū. timendū ē vt ſupſtitioſum. vel vt pctm̄. Propter primā illicitū eſt exercere in nouo teſtamēto cerimonialia vel iudicialia veteris teſtamēti niſi de nouo inſtituta eēnt ab eccleſia vel gente. Propter idē ꝛ ꝓpt̄ regulā ſecundā fatue faciūt vouētes nō pectinare caput ſabbato. vel ieiunare die dñico tanq̄ꝫ meliori die et ſimilia. Propter tertiā ſupſtitioſe agūt q̄ in ritibus alicuiꝰ eccl'ie ꝑticularꝫ in ꝓceſſionibꝰ vel hmōi ſe nō ꝯformāt cōmunitati. niſi aliūde excuſent̄. Propter q̄rtaȝ ſupſtitioſe agūt q̄ vtunt̄ characteribus ignotis vel noībus ſuſpectis vl' alligationū modis nihil coopantibꝰ nāliter effectui q̄ expectat̄. q2 ꝑfata de ſe naturalit̄ nulliꝰ actiuitatis ſunt cū ſint artificialia ſolū. ꝛ q̄ntitates. Idē eſt de imaginibꝰ ꝑ aſtrologos factis ꝛ annulis ac lapidibꝰ ſuis artificialibꝰ. Similit̄ q̄ credūt ꝙ celi vel ſtellaꝝ influētia aliquē neceſſitet ad aliqđ viciū Propt̄ q̄ntam ſi res ſcādaloſa eēt notabiliter etiā bñdictiōes aliq̄ q̄ a ſecularibus ꝑ verba deuota fiunt ſine malis ritibꝰ ſup īfirmos eēnt ſaltē ñ publice faciēde.

e e

¶ Queſtio. xxiiij. Vtrꝝ faſcinatiōes ſeu iniultuatiōes habeāt efficatiā malā in pueris a vetulis malis. Rñ. Tho. ſecūda. ij. q. xxxvj. Nō eſſet illicitū cauere ſi quis timeret nocumentū alicui puero ex oculo faſcināte. Quaȝ faſcinationē ſic declarat papa ꝑ. q. xxvij. nam vt inquit ex forti imaginatiōe aīe imutant̄ ſpūs corpis cōiuncti. q̄ q̄dem imutatio ſpirituum maxime fit ī oculis ad quos ſubtiliores ſpūs ꝑueniunt. oculi em̄ inficiūt aerē ꝯtinuū vſq ad determinatū ſpacium. ꝑ quē modū ſpecula ſi ſint noua ꝛ pura ꝯtrahunt q̄ndam impuritatem ex aſpectu mulieris mēſtruate vt Ariſto. dicit in li. de ſomno ꝛ vigilia. Sic igit̄ cum aliq̄ aīa fuerit vehemēter commota ad maliciā. ſicut maxie in vetulis ꝯtigit. efficit̄ ſm modū predictum aſpectꝰ eius venenoſus ꝛ noxius. ꝛ maxime pueris qui habēt corpus tenerum ꝛ de facili receptiuū impreſſionis. Poſſibile eſt etiā ꝙ dei ꝑmiſſione vel ex aliq̄ occulto fato cooperet̄ ad hoc malignitas demonū. cū quibꝰ ſortilege vetule pactū aliqđ habent. hec Tho.

¶ Queſtio. xxv. Cur plus vexari vident̄ fantaſijs vel mirabilibꝰ apparitionibꝰ puerpere ꝛ purgationis ſue tpe q̄ꝫ alie infirme ꝑſone Rñ. ꝙ triplici de cauſa. Prima ſm Alb. in de ſomno ꝛ vigilia. ꝓpter condicionem ſue infirmitatis. ꝓtunc horrende imagines facilius naturalr̄ eis in cerebro ꝑſentant̄. quas demones vel ſimilia credunt eſſe cum nihil ſit realit̄. Scđa q2 tales ſepe vetulas ꝓ famulabꝰ hñt q̄ ſunt plene ſupſtitionibꝰ. vñ gladio puerpas de ſero q̄damodo bñdicūt. gallinā nigrā lecto cōiūgūt. ſi puerpe moriunt̄ ī puerperio eas iā defūctas in eiſdē calcijs ꝛ veſtimētis q̄bꝰ veſtite erāt viuētibꝰ ꝓpinq̄re certo tpe affirmant. ꝛ multa ſilia fatua aſſerūt. Tertia q2 alie femine ſupſtitioſe puerpas crebro viſitant. q̄ etiā

ff

plura ſupſtitioſa ſolēt ſeminare ꝓpter
que ſi puerpere cito talib⁹ credūt. nō
mirū ſi plus ꝙ̄ aliẽ vel alij infirmi fan-
taſijs fatuis a deo vexari ꝑmittūtur.
iuxta illō Eccl. xxxiiij. Fantaſias pa-
tiēt cor tuū niſi ab altiſſimo emiſſa fu-
gg erit viſitatio. ¶ Queſtio. xxvj. Vtrū
licitū ſit ꝑ carmina ſcripta vel ỽba ſa-
cra bn̄dicere infirmos homies vel iu-
menta. Et an licitū ſit eadē ſecū defer
re ⁊ portare que incantatiōis ſpēm ha
bere videnē. Incantatores eñ dicunē
qui artē aliquā verbis pagunt. vt dic
Iſid. viij. ethymol. Rn̄. Tho. ſcda. ij.
vbi ſupra. ꝙ ſic. ſeptē cōditiōibus ſer-
uatis. Vna eſt vt videatē ne verba ali-
quid cōtineant quod pertineat ad in
uocationes demonū expreſſas vel ta
citas. Secunda ne contineant ignota
nomina. q2 ſm Chryſo. talia metuen
da ſunt ne aliquid ſupſtitionis lateat
Tertia. ne materia verborum aliquid
falſitatis contineat. quia ſic eius effe
ctus nō poſſet expectari a deo qui nō
eſt teſtis falſitatis. Quarta. ne ibi cō
tineātur vana. vt characteres inſcripti
preter ſignū crucis. Quinta. ne ſpes
habeatē in modo ſcribēdi aut ligandi
aut in quacūq3 hmōi vanitate que ad
diuinā reuerentiā nō pertineat. quia
al's iudicaretē ſuperſtitioſum eſſe. Se
xta vt in alligatione. ꝓlatiōe. vl' ſcri
ptura diuinoꝝ verborū reſpectus ſo-
lum habeatē ad ſacra verba ⁊ ad intel-
ctum eoꝝ ⁊ ad dei reuerentiā3 ſeu ad
virtutē diuinā. a qua expectatē effect⁹.
vel ad ſanctoꝝ reliquias a quibus eti
am prefata expectantur ſecundario li
cet a deo ꝑncipaliter. Septima vt cō
mittatur effectus qui expectatur diui
ne voluntati. q̄ ſcit vtrū ſanitas vel tri-
bulatio plus proſit inuocanti vel mi
nus. vel an obſit. Et hanc ꝯditionem
ponit Tho. in. j. ij. in materia de gr̄a.
⁊ diſ. xv. in. iiij. Al's erit licitū ſi nulla
dictarum ſeptē conditionū opus inſe
cerit. Probat Tho. ꝑ illud Mar. vlt.
xp̄o dicente. Signa eos qui credide-
rint hec ſequenē. In nomine meo de-
monia eijcient. linguis loquentur no
uis. ſerpentes tollēt ⁊c̄. Item non mi
noris ſanctitatis ſunt verba dei ꝙ̄ ſan
ctorum reliquie. dicēte Aug. Nō eſt
minus verbū dei ꝙ̄ corpus xp̄i. ſ3 ſm
omnes licet reliquias ſanctoꝝ ſecum
reuerenter portare. ergo qualitercun
ꝙ nomē dei inuocetē rite per orationē
dominicā. per ſalutationē angelicam
vel alio modo licito. ſpes haberi pōt
ſ. in eo cōmittendo effectum diuine vo
lūtati. Ex ꝑdictis elicit ſanct⁹ doctor.
ꝙ ꝑdictis ſeruatis cōditionibus ꝑ di-
uina verba licitū eſt arcere ſerpentes.
Et eadē ratione vt dicit. quecūq3 ani-
malia ſi ſolus reſpectus habeatē ad ſa
cra verba ⁊ ad diuinā3 virtutē. De ſer-
pentibus tamē caute eſt agendum in
incantationibus. quia vt dicit. ſepe ta
les habent illicitas obſeruātias ⁊ per
demones ſortiunē effectū. precipue in
ſerpētibus. q2 ſerpēs fuit ꝑmū demo
nis inſtrumentū ad hoiem decipien-
dū. ¶ Queſtio. xxvij. Vnde ortū ha-
beant bn̄dictiones ⁊ carminationes. bb
quas vetule hodie ſuꝑ infirmos ⁊ vi-
ri quidā faciunt. Rn̄. ꝙ principiū hoꝝ
fuit ſanctiſſimū. ſed ſicut oia demōis
inſtinctu deprauantur mediantibus
demonibus ⁊ malis hominib⁹. ita et
diuina noia. Nam apl'i ⁊ ſancti viri.
ſm illud Mar. xvj. In nomine meo
demonia eijciēt. infirmos viſitarūt. et
orōnes ſuꝑ eos ꝑ ſacra verba fuderūt
deinde ſacerdotes deuoti ſīlia rite ꝑ-
egerūt. ꝓpter qđ deuotiſſime orōnes
⁊ exorciſmi ſci reꝑiunē in antiqs ho-
die eccleſijs ad oia q̄ hoies facere vel
pati poterāt ꝑ deuotos viros applica
ti olim ſine oi ſupſtitōe. Sic ēt hodie
litteratos et ſacre theologie doctores

noui qui infirmos viſitātes ſilia vba
egrotis applicauerūt. nō ſolū demo-
niacis. ſꝫ ſuꝑſtitioſi hoīes a ſe mltā va
na ꝛ illicita adinſtar hoꝝ inuenerunt.
q̄bꝰ hodie vtunt̄ circa īfirmos hoīes ꝛ
iumēta. Nec clerꝰ ampliꝰ ex ſua deſi
dia licitis vtit̄ verbis viſitādo īfirmos
niſi raro. Propt̄ qḋ Guil. dictꝰ durā-
di gloſator Raymūdi dicit. ꝙ talia ꝑ-
fata ſacerdos religioſus ꝛ diſcretꝰ aut
etiā laycus vir ſiue mulier excellentis
vite ꝛ ꝓbate diſcretōis facere pōt fuſa
ōōe licita ſuꝑ infirmū. nō ſuꝑ pomū
aut ſuꝑ cingulū ꝛ ſilia. ſꝫ ſuꝑ infirmā-
tes. iuxta dictū Mar. vlt̄. Suꝑ egroſ
manus imponēt. Nec ſunt hmōi ꝑſo
ne ꝓhibēde a talibus niſi forte timea
tur qḋ ad exēplū illoꝝ indiſcreti ꝛ ſuꝑ
ſtitioſi alij carminatiōis ſibi vſurpēt
abuſum tuentes ſe exemplo illorum.
ll Queſtio. xxviij. Vtrū ne credi poſ
ſit licite ꝙ demoniaci iuuari poſſint ꝛ
melius habere ꝑ herbaꝝ vel lapidū a-
liquoꝝ applicationē: Rn̄det̄. ꝙ lꝫ de-
mon talibꝰ immediate arceri nō poſ-
ſit. qꝛ ſuꝑ oīa corꝑalia potētior eſt. iu-
xta illud Job. xlj. Nō eſt poteſtas ſu-
per terrā que ei compari poſſit. Tn̄ ꝑ
prefata q̄ naturaliter cōpeſcere hn̄t a-
liquas manie vel alteriꝰ infirmitatis
ſpēs. quibꝰ demon inſtrumētaliter vti
tur in poſſeſſo hoīe. leuiꝰ habere pōt
demoniacus. Et ſm quoſdā totaliter
liberari. Vn̄. xxvj. q. vlt̄. dicit̄. ꝛ ē au-
toritas btī Hiero. Demoniū ſuſtinē-
ti lꝫ petras vel herbas habere ſine in-
cantatiōe. Ad idē ē mgr̄ in hyſtoria
ſcolaſtica ſuꝑ Thobiā. ꝛ Nicol̄. de ly-
ra ſuꝑ. j. reḡ. de Saulis obſeſſione.
Queſtio. xxix. Vtrū licitum ſit de-
kk mones adiurare. Rn̄ſio ſm Tho. ſe-
cūda. ij. q. xc. ꝙ ſic. dūmodo modi te-
neant̄ debiti expreſſi. ſ. q. xxiij. ꝛ. xxvj
Pro cuius intellectu ſm eūdē Tho.
Primo notandū. ꝙ iurare promiſſo-
rie eſt ſeipſum immobiliter ordinare
ad aliquid agendū. Nam ille qui iu-
rat iuramēto ꝓmiſſorio ꝑ reuerentiā
diuini nomis qḋ ad ꝯfirmationē ſue
promiſſiōis inducit ſeipſum obligat
ad faciendū qḋ promittit. Scḋo no-
tandū. ꝙ adiurare ē per quandā ſimi
litudinē iuramēti ꝓmiſſorij a ſe indu
ci aliū ad aliquid agendū ꝓuocare.
Tertio notandū. ꝙ ſicut hō iurando
promiſſorie ſeipſum ad aliqua agen-
dū ordinat ſeu ꝓuocat. ita pōt aliū ad
agendū dupl̄r prouocare. Suꝑiores
quidē deꝑcando. inferiores aūt impe
rādo ſeu cōpellendo. Et ſic ē duplex
adiurādi modus. Vnꝰ quidē ꝑ mo-
dum deꝑcatiōis vel inductiōis ob re-
uerentiā alicuiꝰ ſacri. vel ꝑ modū ami
citie ſeu beniuolētie. Aliꝰ modus eſt
via imperij ſeu cōpulſionis ꝑ hoc ad
ꝓpoſitū. Primo eñ mō non licet de-
mones adiurare. quia videt̄ ad ami-
citiā ꝛ beniuolentiā ꝑtinere qua nō lꝫ
ad demones vti. De quo dicit Orige-
nes ſuꝑ Matth. Nō licet ſm poteſta
tem datā a ſaluatore adiurare demo-
nia. iudaicū eñ eſt hoc. Iſto mō vtun
tur necromantici adiurationibus de-
monū. Scḋo aūt mō adiuratōis per
compulſionē videlicet licet nobis ali-
quo vti ꝛ aliquo non. Demones enim
in curſu huiꝰ vite nobis aduerſarij cō
ſtituunt̄. nō aūt eoꝝ actus nr̄e diſpoſi
tioni ſubdunt̄. ſed diſpoſitioni diuīe
ꝛ ſanctoꝝ angeloꝝ. quia vt dic̄ Augꝰ.
. iij. de trinitate. ſpiritus deceptor regi
tur per ſpiritum iuſtū. poſſumus de-
mones adiurando per virtutē diuini
nominis tanq̄ inimicos repellere ne
nobis noceant vel ſpiritualiter vl̄ cor-
poraliter. ſm poteſtatē datam a Chri
ſto Luce. x. Ecce dedi vobis poteſta-
tē calcādi ſuꝑ ſerpētes ꝛ ſcorpiones ꝛ
ſuꝑ omnē poteſtatē inimici. et nihil
vobis nocebit. non tamen licitum eſt

eos adiurare ad aliquid diſcendū ab
eis. vel etiam ad aliquid per eos obti
nendū. quia hoc pertineret ad ſocieta
tem aliquam cū ipſis habitam. Pro-
pter quod ſuper illo xpi. Obmuteſce
ꝛ exi. Mar. j. dicit Chriſoſto. Saluti
ferū nobis dogma datur ne credam⁹
demonibus quantūcunqꝫ denūcient
veritatē. niſi forte ex ſpeciali inſtinctu
vel reuelatiōe diuina aliqui ſancti ad
aliquos effectus demonū operatione
vtant. Sicut legit de beato Jacobo.
ꝙ per demones fecit Hermogenem
ll ad ſe adduci. hec de Tho. ❡ Queſtio
.xxx. Utrū licet adiurare irrationalē
creaturam. Rn̄. Tho. ibidem. ꝙ ſic. ꝑ
modū cōpulſionis que referri tūc de-
bet ad diabolū. qui in nocumentū no
ſtrum vtitur irrationalibus creaturis
Et talis eſt modus adiurādi in eccl'ie
exorciſmis. ꝑ quos demonū poteſtas
excludit ab irrationabilibus creatu-
ris. Si em̄ intentio referretur ad irra-
tionalem creaturam quo ad ſe que ni
mm hil intelligit vana eſſet. Queſtio.
.xxxj. Utrū homi liceat aliū hominē
adiurare. Rn̄. ſm Tho. ibidem. ꝑ mo
dum depcatiōis licet quēlibet homi-
nem. immo deū ꝛ angelū adiurare ꝑ
inuocationē diuini nominis vel ali-
cui⁹ rei ſacre. ſed ꝑ modū ꝯpulſionis
licet ſupiorib⁹ reſpectu inferiorꝝ. qb⁹
etiā iuramenta imponē pñt i caſu nō
tñ pñt inferiores ſuperiorib⁹ ꝑ adiu-
rationē per modū cōpulſionis neceſ-
ſitatē imponere. ſicut ſe ad iuramēta
ligare pñt. quia ſic vſurparēt poteſta-
tem in aliū quam nō habēt. licet poſ-
ſint ꝓpter aliquā neceſſitatez inferio-
res ſuos ſupiores reſtringere tali ge-
nn nere adiurationis. ❡ Queſtio. xxxij.
Utꝝ ſecularib⁹ nō ordinatis ad exor-
ciſtatū licitū ſit demoniacos adiura-
re. Rn̄. ſm Tho. in q̄rto diſ. xxiiij. q.
.iij. arti. j. ſub arti. iij. ꝙ ſic. non tamen
tanqꝫ ex officio. ſicut etiam quod ma-
ius eſt miniſtrare ad miſſam priuatā.
preſertim licet ſeculari puero candelas
accendere ꝛ huiuſmodi que accolyta
tus ſunt ordinis. ꝛ tamen laicus pōt
ea facere. ſed non ex officio. ❡ Que- oo
ſtio. xxxiij. Utrum verum ſit ꝙ male
fice alienas vaccas lacte priuare vale-
ant: Et ſi ſic. quale remediū poſſit ap
plicari. Rn̄detur. ſm predicta pro pri
ma queſtione ꝙ ſic. vt patz. q. xvj. Cū
em̄ ſm Alber. in de animalib⁹. lac de
natura ſit menſtrui in animali quoli
bet. Sicut fluxus talis humoris infir
mitate aliqua reſtringit vt dicunt me-
dici de femina. Idem pōt demon ſi a
deo permittitur in beſtia facere. No-
tandum tamē pro ſolutione ſecunde
queſtionis ꝙ iſtius fluxus ſcilicet la-
ctis reſtrictio tripliciť fieri pōt. Uno
modo ex cōditiōe naturali. ſicut poſt
conceptum fetum. Alio modo ex in-
firmitate accidentali. ſicut forte ex co
meſtione alicui⁹ herbe que lac reſtrin
gere habeat ꝛ alterare vaccaz. Tertio
modo ex maleficio. Primo modo re
medio nō indigēt. Scd'o modo. ſi qs
ſciret naturale remedium applicare
poſſet. Sicut etiā cōtra alias infirmi-
tates poteſt. ſecluſis ſupſtitionibus
tactis. q. xxiij. ꝛ. xxvj. Cōtra tertiū mo
dū diuina remedia applicari poſſent
ſicut ē dictū. q. xxvj. Unde a deuotis
perſonis ꝛ virginibus expertū habeo
ꝙ adhibito ſigno crucis ꝛ dñica orati
one cū ſalutatione angelica trinis vel
circiter. ceſſat opus demonis ſi eſt ꝑ
maleficiū. de hꝫ habuiſti. c. ix. ē. E. nō
aūt licet applicare ſupſtitioſa. vt que-
dam faciūt ſeruātes quoddaz brodiū
de die carniſpriuij. quod notat ſuper-
ſtitionē demonis. ❡ Queſtio. xxxiiij. pp
Utrū ꝑ ſacra verba modis antedictꝭ
liceat cōtra grādines ſeu ꝯ tēpeſtates
ꝓcedere. Rn̄detur ꝙ ſic. Certū em̄ eſt

ſicũt beatus Thom. dicit Job.j.ꝙ de
mones grandines. fulmina ⁊ tempe/
ſtates deo ꝑmittẽte ꝓcurare poſſunt.
ſicut cõtra Job fecerunt. cuius oues
igne conſumpte ſunt celeſti. id eſt. de
aere deſcẽdente ꝑ demones ꝓcurato
etiã ad conſumptionẽ paſtoꝝ. Sic ⁊ ve
hementẽ ventum qui domũ deiecit. ⁊
ſeptem filios ⁊ tres filias interfecit rui
na. Vñ licitis remedijs demoni reſi/
ſtere põt qs. Hãc em̃ ob cãm vniuer/
ſaliter vel cõiter in eccleſia cãpane cõ/
tra aurã pulſant. Tũ vt tanq̃ꝫ ꝑ tubas
deo ↄſecratas demones recedãt a ſuiſ
maleficijs. Tũ etiã vt ppl's excitatus
deũ cõtra tẽpeſtates inuocet. Et ean/
dem ob cauſam cũ altaris ſacramẽto
⁊ ſacris verbis ad auram ſedandã ꝓ/
cedit cõiter ex antiquiſſima conſuetu
dine eccleſiaꝝ in gallia ⁊ in germania
Fiant ergo talia ⁊ non contra ea que
dicta ſunt queſtione.xxiij. ⁊ in alijs.
His cõcordare vident iura ciuilia. C.
de male. ⁊c. vbi notãter dicit ꝙ qui fa
ciunt illud.i. impedientes ne laboꝛes
hominũ ventoꝝ grãdinisq̃ꝫ lapidatõe
ſternant. non pena ſed pꝛemio digni
qq ſunt.l.eoꝝ.ibidem. Queſtio.xxxv.
de generaliacis ⁊ fortuna. Vtruꝫ aliq
homines ſint a natura bene vel male
fortunati. Et quid de fortuna tenẽduꝫ
ſit. Dicuntur autẽ generaliaci vt dicit
Iſid.viij.ethimol.c.ix.ꝓpter naturali
um conſiderationẽ ſiderũ. qui vulgo
mathematici vocant. Fortuna vero
vt ibideꝫ dicit.c.ij. a fortuitis nomen
habere dicit. quaſi deam quandã res
hũanas varijs caſibus ⁊ fortuitis illu
dentẽ. vñ ⁊ cecaꝫ appellant. eo ꝙ paſ/
ſim in quoſlibet incurrẽs ſine vllo ex/
amine meritorũ ⁊ ad bonos ⁊ ad ma/
los venit. hec Iſid. Sed talẽ deã cre/
dere idolatria eẽt. Nec ita de fortuna
loq̈tur Ariſto.ij.phyſicorũ. nec in de
fortuna bona. nec theologi. Vñ que/

ſtioni pꝛefate. Reſpõdet ſanctꝰ Tho.
li.iij.ſume contra gentiles.q.lxxxvij.
⁊ ſequentibus. Pꝛo quoꝛum intelle/
ctu notandum ſm eum. Pꝛimo ꝙ a/
licui tunc bene dicitur a fortuna con/
tingere. quando aliquid bonum acci
dit ſibi pꝛeter intentionem pꝛopꝛiam.
Sicut qui fodit vineam intentiõe vi/
tes nutriendi inuenit theſaurum. po/
tuit tamen talis intentione aliena vi/
delicet domini ſui q̃ ſciuit ibi theſau/
rum abſconditum ex intentione diri/
gi. Male autẽ fortunari dicitur ſi fo/
diendo frangit tibiam. Secundo no/
tat ꝙ in homie ſunt tria que a tribus
celeſtibus cauſis diriguntur. volũta/
tis actus. intellectus actus. ⁊ coꝛpoꝛa
lia. quoꝛum pꝛimũ a deo tm̃ ⁊ imme/
diate. ſecundũ ab angelo. ⁊ tertium a
celeſti coꝛpoꝛe dirigitur. Nam electi/
ones ⁊ voluntates immediate a deo
diriguntur. dicente Pꝛouerb. xxj. ſcri
ptura. Coꝛ regis in manu domini. et
quocunq̃ꝫ voluerint inclinabit illud.
Et Philippeñ.ij. Deus eſt qui ope/
ratur in nobis ⁊ velle et perficere pꝛo
bona voluntate. Cognitio vero hu/
mana intellectiua a deo mediantibuſ
angelis oꝛdinat. Ea vero que ad coꝛ/
poꝛalia pertinent. ſiue ſint exterioꝛa,
ſiue interioꝛa. in vſum hominis veni/
entia a deo mediantibus angelis et
celeſtibus coꝛpoꝛibus diſpenſantur.
Dicit em̃ beatus Dioniſius.c.iiij. de
diuinis nominibus. ꝙ coꝛpoꝛa cele/
ſtia ſunt cauſe eoꝛum que in hoc mun
do fiũt. Cum igit homo ſit oꝛdinatus
ſm coꝛpus ſub coꝛpoꝛibus celeſtibuſ
ſm intellectum vero ſub angelis. ſm
voluntatem autẽ ſub deo. poteſt con/
tingere aliquid pꝛeter intentionẽ ho/
minis. quod tamen eſt ſm oꝛdinem
celeſtium coꝛpoꝛũ vel diſpoſitionem
angeloꝛũ vel etiam dei. Tertio notat
ꝙ nihil ꝓhibet ꝙ etiaꝫ aliquis homo

habeat ex impſſione corporis celeſtis
aliquã efficaciã in aliqbus corporali-
bus faciẽdis. quã ali⁹ nõ hꝫ. puta me
dicus in ſanãdo. ⁊ agricola i plantan
do. ⁊ miles in expugnãdo. Hanc etiã
efficaciaꝫ multo ꝑfectius deus hoib⁹
largit̃ ad ſua oꝑa efficaciter exequen
da. hec Tho. vñ Guil. in de vniuerſo
ſo dicit. ꝙ ꝑ expientiaꝫ habet̃ ſi mere-
trix nitit̃ plantare oliuã nõ efficit̃ fru
ctifera. q̃ tñ ꝑ caſtaꝫ plãtata fructifera
efficit̃. Aduertendũ tñ hic dicit Tho.
ꝙ p̃fata corpis diſpoſitio ⁊ etiã angeli
ꝑſuaſio nõ neceſſitet hoiem ad eligẽ-
dum qui liber eſt. põt eñ homo nõ ſe
qui inclinationẽ qualitatis corpalis ⁊
angeli ꝑſuaſionẽ. Quarto notanduꝫ
ꝙ aliqđ bonũ põt accidere hoi ⁊ p̃ter
intentionẽ ꝓpriam. ⁊ p̃ter inclinatõeꝫ
celeſtiũ corpoꝝ. ⁊ preter angeloꝝ illu
minationẽ. non autẽ p̃ter diuinã ꝓui
dentiã q̃ eſt factiua ⁊ gubernatiua cu-
iuſlibꝫ entis. Vñ reſpectu dei ſimpli
citer nihil dicit̃ nec põt eſſe a caſu vel
a fortuna. ſed reſpectu noſtre vł ange
rr lice nature. ¶ Queſtio. xxxvj. Vtruꝫ
vel quomodo differt aliquẽ eſſe bene
natum vel male. bene fortunatuꝫ vel
male. bene gubernatũ ⁊ bene cuſtodi
tum. Rñdet Tho. ibidẽ. q. lxxxx. Ex
diſpoſitõe relicta a corpe celeſti in cor
pore nr̃o dicit̃ aliqs nõ ſolum bñ for-
tunatus aut male. ſed etiã bene natus
ſm dõ ꝙ ab angelo illuminat̃. dicit̃
bene cuſtoditus. ꝫ ſm ꝙ a deo in bo-
num inclinat̃ dicit̃ bene gubernatus.
Et qñ aliquis ex impſſione celeſtium
corpoꝝ inclinat̃ ad aliqs electiones ſi
bi vtiles. quarũ tamen vtilitatẽ ꝓpria
ratione non cognouit. ⁊ cum hõ ex lu
mine intellectualiũ ſubſtantiarũ illu-
minat̃ eius intellect⁹ ad eadẽ agenda
⁊ ex diuina operatione inclinat̃ eius
volũtas ad eligenduꝫ aliqđ ſibi vtile
cuius rationẽ ignorat. dicit̃ bñ fortu-
natus. Et ecõtrario male fortunatus
qñ ex ſuperiorib⁹ cauſis ad contraria
ei⁹ electio inclinat̃. ſicut de quodã dr̃
Piere. xxij. Scribe iſtum ſterilem vi
rum qui in diebus ſuis nõ ꝓſperabit̃
¶ Queſtio. xxxvij. Vtrum hõ poſſit ss
eſſe bene fortunat⁹ vniuerſaliter. id ẽ.
vt aliquis hõ habeat i natura ſua ali-
quam diſpoſitionẽ vt eligat ſemꝑ. vel
vt in plurib⁹ aliq̃ quibus ꝯiuncta ſint
ꝑ accidẽs aliq̃ cõmoda vł incõmoda:
Rñ. Tho. ibideꝫ. Ex corpe celeſti hõ
põt habere talem impreſſionẽ. qꝛ na-
tura tm̃ ad vnuꝫ ordinat̃. ea aũt ſm q̃
homini accipit bene vel male ſm for-
tunã nõ ſunt reducibilia in aliqđ vnũ
ſed ſũt īdeterminata ⁊ īfinita. ij. Phy
ſicoꝝ. Sed põt eſſe ꝙ ex inclinatione
celeſti inclinet̃ ad eligendũ aliqđ cui
ꝯiungit̃ ꝑ accidens aliquod cõmodũ
⁊ ex alia inclinatõne aliud. ⁊ ex tertia
tertiũ. non aũt ꝙ ex vna inclinatione
ad omnia. Ex vna aũt diuina diſpoſi
tiõe poteſt homo ad omĩa dirigi. hec
Tho. ¶ Queſtio. xxxviij. Vtruꝫ per tt
aſtra licite futura cognſci poſſint. qđ di
uinare dicit̃ ꝑ aſtra: Rñ. Tho. ſecũda
. ij. q. lxxxv. arti. v. Quedam ſciri poſ-
ſunt pro certo. quedam nequaq̃. que
dam ex cõiectura non certitudinalit̃.
Certitudinaliter poſſunt ſciri ꝑ aſtro-
nomos que neceſſario eueniũt ꝑ cur-
ſus celoꝝ. vt eclypſes ⁊ aſpectus ſide
rum adinuicem. Non poſſunt aũt ſci
ri ꝑ ſidera duo q̃ ſubtrahunt̃ eis. que
per certitudineꝫ ſic ſciri non poſſunt.
Primo effectus contingentes ꝑ acci-
dens ſiue in rebus hũanis. ſiue in na
turalibus. ſicut ſunt euentus fortuiti
et caſuales. quia ex. vj. metaphiſice.
ens ꝑ accidens non habeat cauſam ⁊
precipue naturalem. cuiuſmodi ẽ vir
tus celeſtium corporũ. Secũdo me-
ri actus liberi arbitrij qđ eſt facultas
voluntatis ⁊ rationis. ſic ſunt futura

opera hominū ſoluꝫ a libero arbitrio
dependētia. qa nulluꝫ corpus pōt ſic
directe imp̄mere rem ī corporeā. q̄lis
eſt volūtas ⁊ intellectus. Iſtis ḡ duo
bus modis ex aſtris diuinare eſt ſuꝑ-
ſtitioſum ⁊ illicitū. Poſſunt tñ corꝑa
celeſtia ad hoc inclinare liberuꝫ arbi-
triū diſpoſitiue. inq̄ntum imprimunt
in corpus humanū ⁊ ꝑ cōſequēs in vi
res ſenſitiuas. q̄ ſunt actus corꝑaliuꝫ
organoꝝ q̄ inclināt ad hūanos actus
Quia tñ vires ſenſitiue obediūt rōni.
ex. iij. de aīa. ⁊. j. ethi. ideo nulla ne-
ceſſitas ex hoc libero arbitrio impo-
nit̄. ꝫ contra inclinationē celeſtiū cor
porū hō pōt ꝑ rōneꝫ opari. Si q̄s vo
vtat̄ cōſideratione aſtroꝝ ad p̄cogno-
ſcendum futura q̄ ex celeſtibꝰ cauſant̄
corꝑibus. puta ſiccitates ⁊ pluuias ⁊
alia hmōi nō erit diuinatio ſuꝑſtitio-
ſa ⁊ illicita. hec ð Tho. Dicit etiā dñs
Alber. ſuꝑ. iiij. c. de di. no. ꝙ inferiora
nō pñt in ſuꝑioribꝰ cognoſci certitu-
dinaliter. ꝫ tm̄ ꝯiecturaliter. Et addu
cit ad h̄ Ptholemeū. Ariſto. ⁊ Aui-
vv cennam multis rōnibus. Queſtio
.xxxix. Vñ ergo ꝓuenit ꝙ aſtrologi
ex cōſideratiōe aſtrorū frequēter vera
ꝓnunciāt etiā in his q̄ ꝑtinēt ad hūa-
nos actus. Rñ. Tho. ſecūda. ij. q. x. c.
.v. ar. v. hoc ꝯtingit duplr̄. Vno q̄deꝫ
mō q꞉ plures hominū paſſiones cor-
porales ſequunt̄. ⁊ ideo actus eorum
diſponunt̄ vt in pluribus ſm̄ inclina
tionē celeſtiū corpoꝝ. pauci aūt ſunt.
id eſt. ſoli ſapiētes qui rōne hmōi in-
clinationes moderent̄. Et ideo aſtro-
logi in multis vera ꝓnunciāt. ⁊ preci-
pue in cōībus euētibus q̄ depēdēt ex
multitudine ⁊c̄. Alio mō ꝓpt̄ demo-
nes ſe imiſcētes. Vnde Aug. dicit in
.ij. ſuꝑ Gen̄. ad lr̄am. Fatendū eſt q̄ñ
a mathematicis vera dicunt̄ inſtinctu
quodā occultiſſimo dici. quod neſciē
tes humane mētes patiunt̄. quod cuꝫ

ad decipiēdos hoīes fit ſpirituū imū
dorum ⁊ ſeductoꝝ opatio eſt. q̄bus q̄-
dam vera de tēporalibus rebus noſſe
ꝑmittūt. Vñ cōcludit. Quapropter
bono xp̄iano ſiue mathematici ſiue
quilibet impie diuinātiū ⁊ maxie dicē
tes vera. cauēdi ſūt ne cōſortio demo
niorū aīam deceptā pacto quodaꝫ ſo-
cietatis irretiāt. Queſtio. xl. Vtrū xx
licitū ſit ꝯiecturare futura ꝑ auguria
⁊ ꝑ alioꝝ animaliū motus ſeu voces
vel geſtus. Augures auteꝫ ſunt dicit
Iſidorus vbi prius. q̄ ꝑ volatus auiū
⁊ voces intendūt aliq̄ua ſigna rerum
vel obſeruatiōes improuiſas hoībus
occurrētes. qui ⁊ auruſpices dicūtur
Auruſpices tamē ꝓprie qui oculis et
viſu. Auſpices vo qui auditu ⁊ ex vo
ce cōiecturāt. Rñdet Tho. ibidē ꝙ ſic
ſub diſtinctione tamē. Nam cuꝫ bru-
ta animalia non habeant niſi animā
ſenſitiuā cuiꝰ oēs potentie ſunt actus
corporaliū organorum. ideo ſubiacet
eorum anima diſpoſitioni cōtinentiū
corpoꝝ. ⁊ p̄mordialit̄ celeſtiū corpoꝝ
Et ideo nihil ꝓhibet aliquas eorum
oꝑtiones eſſe futuroꝝ ſigna. inq̄ntuꝫ
cōformātur diſpoſitionibꝰ corpoꝝ ce
leſtium ⁊ aeris cōtinētis. ex qua ꝓue
niūt aliqui futuri euētus. In hoc tñ
duo ꝯſiderari oportet. Primū q̄dem
vt hmōi opatiōes non extendant̄ niſi
ad p̄cognoſcēda futura que cauſant̄
per motus celeſtiū corporuꝫ. vt ſupra
dictum eſt. Secūdo vt nō extendant̄
niſi ad ea que aliqualiter poſſunt ad
huiuſmodi animalia ꝑtinere. Conſe-
quunt̄ eñ animalia cognitionē quā-
dam naturalem ⁊ inſtinctum triplici-
ter. Vno modo ꝑ celeſtia corpora ad
ea que eoꝝ vite ſūt neceſſaria. ſicut ſunt
imutationes q̄ fiunt ꝑ pluuias vētos
⁊ alia huiuſmodi. Vñ ſi quis ex hoc
ꝙ cornicula frequēter crocitat. p̄dicat
pluuiā cito venturā non eſt illicitum.

Alio modo inſtinctus hmōi cauſant
ex cauſa ſpūali bona angelo vł ex deo
vt pȝ in columba ſuꝑ xp̄m deſcenden
te Luc.iij. Et in coruo qui pauit He-
liam.iij. Reg.xvij. Et in cete qui ab-
ſorbuit ⁊ eiecit Jonam. Jone.j. Alio
modo ex cauſa ſpūali mala. vt ex de-
monibus qui vtuntur hmōi opationi
bus brutoꝝ animaliū ad implicādū
aīas vanis opinionibus. Et eadem ra
tio videt̄ eē de oībus alijs hmōi. His
igitur hmōi diuinatio ſi extēdat̄ vltra
illud ad quod pōt attingere ſm ordi-
nem nature vł diuine ꝓuidentie. ē ſu
yy perſtitioſa ⁊ illicita. hec Tho. Que
ſtio.xlj. Vtrū ꝑ omen poſſint futura
cognoſci. Eſt aūt ſm Tho. omen ver
bum ex inſperato prolatū. ex quo ſe-
quit̄ bonū alicuius. ⁊ tūc dicit̄ omen
illius. Et ponit̄ exemplū de romanis
querētibus locū aptū vt ibi manerēt
⁊ ciuitatē edificarēt. ⁊ cū veniſſent ad
locū vbi nūc ē roma. vexillarius qui
ferebat vexillū p̄cedendo fixit illud in
terra dicens. Stemus. qꝛ hic optime
manebimus. ⁊ hoc verbum fuit acce-
ptum ꝓ omine. Rn̄. Tho. ibidē. Alit̄
eſt dicendū de omine q̄ȝ de p̄fatis au-
gurijs. qꝛ vba hūana q̄ accipiunt̄ pro
omine nō ſubdunt̄ diſpoſitōi ſtellaꝝ.
Diſponunt̄ tn̄ dupl'r. Aliqn̄ ſm diui-
nam ꝓuidentiam. aliqn̄ vo ſm demo
nis opationē. ſm primū modū cōie-
cturare eſt licitū. Vnde Gedeon q̄ in
cathalogo ſanctoꝝ Heb.xj. ponitur.
vſus fuit omine. ex hoc ꝙ audiuit re-
citatiōȝ ⁊ interp̄tationē cuiuſdā ſom-
nij. vt legit̄ Judic.vij. Et ſilr̄ Heliezer
ſeruus Abrae. vt legit̄ Gen.xxiiij. ȝ
Gedeon obſeruauit recitatiōȝ ⁊ expo
ſitionē ſomnij accipiēs eadē ꝓ omie.
q̄ſi ordinata ad ſui inſtructionē a diui
na ꝓuidētia. Et ſilr̄ Heliezer attēdit
vba puelle orōne p̄miſſa ad deuȝ. hec
Tho. Scdo mō ꝯiecturat̄ ē illicitū. q̄
modo receperunt omen ſerui Bena-
dab regis ſyrie. q̄ audientes ab ore re-
gis iſrł Achab. hoc videlȝ vbū. Si ad
huc viuit. frater meus eſt. acceperunt
ꝓ omine. ⁊ feſtināntes rapuerūt verbū
ex ore ei⁹ atqȝ dixerūt. Frater tu⁹ Be-
nadab viuit.iij. Regū.xx. Queſtio 33
.xlij. Vtruȝ ex arte phiſonomie diui-
nare licitū ſit. i. ex diſpoſitōe mēbroꝝ
hoīs coniecturare de moribus hoīm.
Rn̄. Alb.li.j. de aīał. tractatu.ij. ꝙ ſic.
dūmō caute fiat. videlȝ ſolū de natu-
ra cōiecturaliter. ȝ de moribus ⁊ ele-
ctionibus nō diffinitiue iudicādo. Et
ad hoc plures allegat phōs. Vbi no-
tat p̄mo ꝙ phiſonomia ē ſcientia do-
cens diuinare. i. cōiecturare de affecti
bus hoīm ꝑ phyſicas formas mēbro
rū. Scdo notat ꝙ ex multis q̄ ſunt in
hoīe accipit̄ cōiectura illa. Primo ex
ſanguine ſiue humore. qꝛ ex talibus
paſſionat̄ faciliter hō. ⁊ afficit̄ humo-
re videlȝ quadruplici. ſanguineo. me-
lancolico. colerico ⁊ flegmatico. Se-
cundo. ex ſexu maſculinitatis ⁊ femi-
neitatis. Tertio ex ocłis. capillis. au-
ribus. facie. ⁊ alijs mēbris parētibus.
Propter qđ Ptolome⁹ dicit diuina-
re melius ex ſtellis ſecundis ⁊ verius
Stellas ſecūdas vocās figuras ⁊ acci
dentia inuēta in reb⁹ phiſicis. q̄ a ſtel-
lis ſupiorib⁹ impreſſa materie ſcim⁹.
ȝ ſupiores ſtelle aliqn̄ nihil imp̄mūt.
lȝ in eis nō deficiat. ȝ in materia infe-
rius indiſpoſita. Tertio notat ꝙ nihil
prefatoꝝ neceſſitat voluntatē. Vn̄
nullus diffinitiue iudicādus ē in tali-
bus malus eē. niſi manifeſtū ſit ſuuȝ
malum. licet prefata aliquando incli-
nent aut ſignent inclinationē affect⁹.
Vnde per tria poteſt quis contra ta-
lia operari. Primo per hoc ꝙ mem-
brum quod inſpicitur. eſt forte ſignuȝ
per accidens infirmitatis alicuius. ⁊
non nature. Secundo per liberum

arbitriū. quo vt pħus in. iij. ethi. dic̄. ſu
mus dn̄i nr̄arū actionū. Tertio p ha-
bitū virtutis vel vicij ſeu cōſuetudinē
Vn̄ Areſto. refert diſcipulos Hypo-
cratis eiuſdē faciē optime depictā in
obtuliſſe Philemoni optio phiſono-
mo. q̄ iudicauit illud eē viri luxurioſi.
ꝛ deceptoris idolū. qd̄ cū indignanter
Hypocrati retuliſſent. rn̄dit. vere iudi
cauit. qꝛ ad hec natura inclinauit. Sꝫ
illud qd̄ natura nō dedit. amor virtu-
tū ꝛ phie ꝯtulit. ſ. ꝯtinentiā ꝛ fidē. hec
de Alb. Certū aūt eſt ꝙ grā plus va-
let q̄ꝫ oīa antedicta. Vn̄ deuoti viri
minus alijs ſunt iudicādi. Vn̄ arteꝫ
prefatā approbat Salomō Prouer.
. xvij. In facie prudētis lucet ſapiētia
oculi ſtultoꝝ in finibus terre. Et Eccī
. xix. Ex viſu cognoſcit vir. ꝛ ab occur
ſu faciei cognoſcit ſenſatus. Sꝫ iudi-
cia veritas vitare iubet cū iudeis ait.
Joh. vij. Nolite iudicare ſm faciē. ſꝫ
z z iuſtū iudicium iudicare. Queſtio.
. xliij. Vtꝝ aliqua vera ſciētia p arteꝫ
notoriā poſſit acquiri. Eſt aūt ars no-
toria quedā obſeruātia qua p ieiunia
abſtinentias ꝛ oꝛones verbales cū in-
ſpectione quarundā figuraꝝ ſeu cha-
racterū ac prolatiōe verboꝝ ignotorū
ꝛ ſimiliū quis ſcientiā adipiſci molit̄
Rn̄. Tho. ſcd̄a. ij. q. x. c. vj. arti. j. ꝙ ars
notoria illicita ꝛ inefficax eſt. ꝛ iō pe-
nitus repudiāda ꝛ fugienda a xp̄iano
Primū pbat. qꝛ vtit̄ ignotis characte
ribus ꝛ verbis. vt. q. xxvj. dictum eſt.
Vn̄ ſupuacuis ſignis vtens. tacita de
monū pacta habet. Secūdū pꝫ. quia
nullus demon intellectū hoīs illumi
nare pōt. quē ex obſtinatione obtene-
brare intēdit ſemp. vt docet Tho. pri
ma pte. Acquiſitio aūt ſciētie ꝛ ſapie
fit p illuminationē. Vn̄ ꝛ Aug⁹. dicit
. x. li. de ciui. dei. Etiā teſte Porphy-
rio pħo. demonū opatiōibus ꝛ obſer-
uantijs ꝛ purgationibus aīa nec diui-

nam nec verā ſcientiā adipiſcitur. Ter
tiū pꝫ ex Aug⁷. li. ij. de doct. xp̄iana.
Eadē ratiōe ſicut de ſupſtitiōibus ce-
teris quas ibi improbat. Queſtio. ??
. xliiij. Vtrū ſaliatores peccēt iudicā-
tes in ſuis cōiecturis. Sunt eñ ſalia-
toꝛores vt dicit Iſid. li. viij. ethymol.
ſic dicti. qꝛ dū eis membroꝛū quecūqꝫ
partes ſalierint aliq̄d ſibi exinde pro
ſperum ſeu triſte ſignificare p̄dicunt.
Rn̄. idem ibidē ꝙ ſic. Idem ex queſti
onibus. xxiij. ꝛ. xxvj. pꝫ. Vnde cōclu-
dit ex ſupradict⁷ oībus Iſid. ꝙ in his
oībus ars demonū ex quadaꝫ peſtife-
ra ſocietate hoīm ꝛ angeloꝝ maloꝝ ex
orta eſt. Vnde ꝛ cuncta vitanda ſunt
xp̄iano. ꝛ omni penitus execratiōe re
pudianda atqꝫ damnāda. hec Iſido.
Queſtio. xlv. Vtrū ne licitū ſit di- kk
es. annos obſeruare aut mēſes. ad ex-
eundū de domo p itinera. ad induen-
dum nouas veſtes. ꝛ ad faciēdū filias
pro habēda pſperitate ꝛ vitāda aduer
ſitate. Rn̄det textus. xxvj. q. vij. nō lꝫ.
ꝛ ſequentib⁹ multis autoritatib⁹ ſum
moꝝ pontificū. ꝛ Aug⁹. ꝙ nō. Vnde
ib. improbant̄ obſeruātes kalendarū
Januarij ſub ritu paganoꝝ. videlꝫ ne
aliq̄d plus noui fiat ꝓpt̄ annū nouū.
ne mēſe cū epulis parent̄ vel lampa-
dibus. ne p vicos ꝛ plateas chori du-
cantur. nec cantiones fiant. Et tales
anathema ſunt q̄ faciūt. Itē in alio. c.
dicit̄. Nō obſeruetis dies q̄ dicuntur
egyptiaci. Gloſa. q̄s egyptij inuene-
rūt. vt q̄ aliqd̄ opus in die tali incho-
aret malū haberet exitū. Tn̄ ex antiq̄
tate eccl'ia ſignat hos dies in kalēda-
rijs ſuis. hec ibi. Vn̄ Aug⁹. in Enchi
ridion. ꝛ ibidēꝫ i decreto habet̄. Quiſ
exiſtimaret q̄ꝫ magnum pctm̄ ſit dies
obſeruare ꝛ menſes ꝛ annos ꝛ tēpora
ſicut obſeruant q̄ certis dieb⁹ ſiue an
nis ſiue mēſib⁹ volūt vel nolūt incho
are aliquid, eo ꝙ ſm varias doctrinas

hominū fauſta vel infauſta exiſtimāt tēpora, niſi hui⁹ mali magnitudinez ex timore apl̄i penſarem⁹. qui de talibus ait. Nunc cognouiſtis deuz. imo cogniti eſtis a deo. quō ꝯuertimini iterum ad infirma ⁊ egena elemēta. quibus denno ſeruire vultis. dies obſeruatis ⁊ menſes et tempora et annos. Timeo vos. ne forte ſine cauſa laborauerim in vobis. Tamē bene obſeruare quis pōt tēpora qñ luna eſt i certa quota ꝓ ſecandis lignis vt diutius durent ⁊ minus a vermibus rodant̄. Sic de pomorū colligēdis fructibus ⁊ de ſimilibus que ex naturali philoſophia vel ex arte autentica ſine ſuperſtitionib⁹ ſeruari debent vel poſſunt.

## Capitulum. xij.

Non prohibet̄ in colēdo vnuz deum ſupbia qua quis renuit deo obedire. ſicut humilitate deum reueremur debite. Ubi primo videndum erit. quid ſit ſuperbia. quō differat ab inani gloria. ⁊ ꝗ̄z deteſtabile vicium ſit. Secundo que ſint eius ſpecies. Tertio qñ ſit mortale peccatum. ⁊ de ei⁹ remedijs. Circa primuz notandū ſm Tho. ſecūda. ij. q. clxij. ⁊ queſtionib⁹ de malo. queſtione de ſuperbia. Q̄ ſuperbia eſt contemptus dei vel ſuperioris. vel nolle obedire talium preceptis. Et hoc eſt formale et principale. Sed materiale eſt audax ſeu p̄ſumptuoſus appetitus ⁊ inordi-
B natus ꝓprie excellentie. Dicit̄ primo contēptus. Ubi nota q̄ tūc ſm Tho. ſecūda. ij. q. clxxxvj. arti. ix. aliqs committit vl̄ trāſgredit̄ aliqd ex ꝯtemptu qñ volūtas eius renuit ſubijci ordinationi legis vel regule. ⁊ ex hoc ꝓcedit ad faciēdū cōtra legē vel regula. Qñ aūt ecōtra ꝓpter aliquā particularem cauſam. puta ꝯcupiſcentiā vel irā vel deſideriū cuiuſcūq₃ alteri⁹ rei inducit̄ ad aliqd faciendū cōtra ſtatuta legis vel regule. nō peccat ex cōtemptu. ſ₃ ex aliqua alia cauſa. etiā ⁊ ſi frequent̄ ex eadē cauſa vel alia ſimili peccatuz iteret. frequētia tñ̄ diſpoſitiue inducit ad contemptū. Nam ſm Bern. Contemptus eſt tumor ſupbie. Dicit̄ ꝯſequēter in deſcriptione ſupbie. Nolle obedire. quod declarat cōtemptū. i. renuere obedire. Eſt em̄ trāſgreſſio p̄cepti effectus exterior ſupbie q̄ eſt in oī mortali peccato. Sed ꝯtemptus p̄cepti eſt interior actus ⁊ nō eſt in oī peccato mortali. q₂ q̄dam fiunt ex ignorātia. alia ex fragilitate. ſ₃ ſupbia ex q̄dā malicia. Dicit̄ vel ſuprioris. q₂ quēlibet debem⁹ ſuperiorē arbitrari. vt poſtea dicet̄. Dicit̄ appetitus audax. q₂ ſupbia eſt in iraſcibili de ꝓprio bono preſumptio q̄daz q̄ ſe erigit cōtra deū vel alios hoies. eos vel eoꝝ mandata ꝯuipēdēdo ſeu cōtēnēdo. Dicit̄ inordinatus. quia ſi ordinate quis appeteret excellentias ſuas nō peccaret. Nā rex frācie p̄ferre pōt diuitias ſuas diuitijs militis. ⁊ cōſiderare dona temporalia ⁊ ſpūalia ſibi collata a deo. ſ₃ cum gratiarū actione in deū debet ea reducere. q̄ ſi ſe extollat de eis cōtra deū aut ꝓximū. aut eoꝝ mādata inordinate. tūc appetit. Dicit̄ ꝓprie excellentie. Uñ dicit Alexander. de hal. in ſumma. q̄ cuz ſupbia ſit appetere excellentiā ſui. aliud ē appetere excellētiam ⁊ aliud appetere excellentiaz vt ꝓpriā. Appetere em̄ excellentiā cū ſit nāle hoi ⁊ angelo inq̄ntū ſūt facti ad dei imaginē nō ē pctm̄. ſ₃ appetere excellētiā ꝓpriā vt ꝓpriā ſemꝑ eſt pctm̄. Et fit multiplr̄ vt i ſpēbus apparebit q̄ttuor. Ex quib⁹ pt₃ p̄mo q̄ ſupbia duplici virtuti contrariat̄ directe. hu- C
militati quo ad formale in ſupbia ⁊ q̄ ad materiale magnimitati q̄ virt⁹ importat extenſionē animi ad magna ⁊

ardua in oī virtute. Secundo ſupbia
differt ab appetitu inanis glīe ſeu ab
inani gloria. Pro cuiꝰ intellectu no-
ta ſm Aureolum in .ij. diſ. xxj. q. ij. ꝙ
aliud ē cōplacere ꝛ delectari in ſui ex-
cellentia habita. qđ eſt vane glorie. et
aliud eſt erigere ſe ſup alios qđ ē ſup-
bie. Affectiōes em̄ appetitus ſequūt
cōformiter exiſtimatiōes intellectꝰ. ꝫ
alia eſt exiſtimatio in intellectu exiſti-
mare q̄ntitatē ſue excellētie abſolute.
ꝛ aliud ē exiſtimare excellentiā ſuam
compatiue ad alios ſm exceſſuʒ. imo
hec ſcđa orit̄ ex p̄ma. Primo em̄ itel-
lectus inordinatꝰ exiſtimat ſuas ſuffi-
ciētias eſſe magnas ꝛ ſupmi gradus.
Scđo ex hac exiſtimatiōe orit̄ ſtatim
exiſtimatio iſufficiētie alioꝝ. q̄ exiſti-
mat excellētias alioꝝ paruas. Et hoc
dupliciter. vel exiſtimādo ſufficiētias
ꝓprias magni gradus. vel ſufficiētias
ſibi eq̄liuʒ modicas. Igit̄ in appetitu
erūt ꝯformit̄ due affectiōes correſpōden
tes vltimis exiſtimatiōibus duabus.
Primā q̄dem exiſtimationē q̄ inordi
nate exiſtimat excellentiā ſuā magni
gradus abſolute. ſequit̄ i appetitu de
lectatio ꝛ cōplacētia in ꝓpria excellē-
tia. q̄ eſt inanis glīa. ꝫ ſecundā exiſti-
mationē q̄ paruipēdit alioꝝ bona ſe-
quit̄ erectio. ꝛ talis erectio eſt ſupbia.
Et ſi erectio talis ē reſpectu ſuperioꝝ
vel maioꝝ. tūc dr̄ irreuerētia. ꝛ ſequit̄
exiſtimationē q̄ indicat q̄s ſuas ſuffi-
ciētias magnas ꝛ ſupioꝝ paruas. Re
ſpectu vō equaliū dr̄ p̄fata erectio cō
temptus q̄ ſequit̄ exiſtimationē q̄ q̄s
bona equalia alioꝝ reputat quaſi nul
la. Videt̄ igit̄ ꝙ ſupbia quadruplicit̄
differt ab inani glīa. quia ſuperbia eſt
in appetitu iraſcibili reſpectu alicuiꝰ
ardui cum quodā contemptu aliquā
do ꝛ in illo qui non curat manifeſta-
tionē. ꝫ inanis gloria eſt in cōcupiſci-
bili non ſemp de arduo. nec ſemp cū
contēptu ꝛ ſemp eſt in appetitu mani
feſtationis. ¶ Dubitat̄ q̄ ſint radices D
ſupbie. Reſpondet̄ ꝙ triplices. Pri-
ma ē inordinatꝰ amor ſui. Ex illo em̄
quis faciliter retorquet inordinate in
ſe excellētias veras vel falſas. Scđa
eſt ꝯſideratio incauta bonoꝝ ſuoꝝ. q̄
cum oīa ſint a deo principalit̄ aut to-
taliter ſi ꝑ gratuitā actionē nō in deū di-
rigunt̄ ſe erigit animꝰ in ſupbiā. Ter
tia eſt negligētia ꝯſiderādi deū ꝛ ꝓxi-
mū. Nā ſi ſepe ꝯſideraremꝰ deū oīpo
tentiſſimū. ſapientiſſimū. ꝛ optimū. a
quo manāt p̄cepta. nō facilit̄ nos cō-
tra eū erigeremꝰ. Similit̄ ſi cōſidera
remus debite ꝓximū. nō faciliter eū
contēneremus ſi equalis eſt. aut irre-
uerēter tractaremꝰ ſi ſupior eſt. Cōſi-
dera igit̄ in ꝓximo q̄libet quō raro ē
aliq̄s taʒ paruus q̄n aliquā magno ꝓ-
deſſe poſſit. Item ꝙ aliquā virtutē oc
cultā hʒ q̄ cares. Itē ꝙ forte p̄deſtina
tus eſt ꝛ tu damnādus. vt in Iuda et
Magdalena claruit improuiſe i mul
tis. ¶ Dubitat̄ cum ſupbire ſit ſupra E
regulā a deo nobis traditaʒ ire. q̄ ſint
regule ſm quas mēſurare debemus
opa ne ſupbiamus. Rñ. ꝙ q̄ttuor op-
poſite q̄ttuor ſpēbus ſupbie. de q̄bus
Grego. dic̄. xxiiij. moraliū. Prima vt
credamus firmiter oīa bona nr̄a q̄ nō
ſunt pctā ꝛ defectꝰ a deo nob̄ data. Se
cunda vt ſi q̄ meruimꝰ. deꝰ principa-
liſſimꝰ auctor extitit. ſine q̄ ne duʒ ſu-
mꝰ aliq̄d ſufficiētes facē aut velle bo-
nū. ꝫ nec cogitare. vt dic̄ aplſ. Tertia
eſt agnoſcē bona nr̄a q̄ habemꝰ a deo
eē. nihil alieni nob̄ aſcribēdo. Quar-
ta amare ꝓximū in nullo eū decipien
do. ¶ Q̄ malum ſit ſupbia patʒ p̄mo F
autoritatibꝰ. Eſt em̄ q̄ſi rex vel regina
alioꝝ vicioꝝ. vn̄ pſ. Emūdabor a deli
cto maxio. i. ſupbia. ſm glo. Itē Ecc.
.x. Initiuʒ oīs pcti ſupbia. q̄ tenuerit
eā implebit̄ maledictis. Itē Thobie

.liij. Suꝑbiã nunq̃ꝫ ĩ tuo ſenſu aut in
tuo ỽbo dñari ꝑmittas. in ipa em̃ ini-
tium ſumpſit oĩs ꝑditio. Scdo patet
exẽplis. Nã ſuꝑbia de ſuꝑmo angelo
fecit peſſimũ demonẽ Eſa. xiiij. Quõ
cecidiſti Lucifer de celo q̃ mane orie-
baris: Ecce de angelo fit demõ. de no
biliſſima creatura peſſima fit. ⁊ de ce-
lo eiecit in ifernũ. Itẽ Eua ꝑ ſuꝑbiaꝫ
q̃ voluit effici ſciẽs vt de⁹. facta ẽ neſci
ens q̃dãmodo vt pecus. Ps. Hõ cũ
in honore eẽt nõ intellexit. cõparatus
eſt iumẽtis inſipiẽtib⁹ ⁊ ſiꝉis factus ẽ
illis. Itẽ Saul poſtq̃ꝫ hũilitate in re-
gnũ ꝑ deũ ducit. ſuꝑbiẽs deijcit. ⁊ po
ſteri ſui. ⁊ a demone poſſidet. j. Reg.
xv. Itẽ Nabuchodonoſor Daniel. v.
ſuꝑbiẽs depoſit⁹ ẽ de ſolio regni ſui.
⁊ gloria ei⁹ ablata ẽ ⁊ a filijs hoim eie
ctus. Itẽ phariſeus q̃ ſe dixit nõ eẽ vt
ceteros vt ſe ſuꝑ ceteros extolleret. nõ
eſt iuſtificat⁹. ſꝫ hũilis publican⁹ Lu.
xviij. Itẽ Petr⁹ q̃ pre ceteris ꝑ̃ſum-
pſit dicẽs. Etſi oẽs fuerint ſcãdalizati
in te ego non ſcandalizabor. Matth.
xxvj. vilius ceteris lapſus eſt ꝑ ancil
G lam ꝑiurãdo et trina vice. ¶ Quo ad
ſecundũ principale de ſpẽbus ſuꝑbie
notãdum ꝓ intellectu earundem ſm
Tho. q. de malo materia de ſuperbia
q. iij. ꝙ quedam ſe habẽt anteceden-
ter ad ſuꝑbiã. vt ſunt ex q̃bus orit̃ fa-
ciliter. Alia ſunt in q̃bus eſſentialiter
cõſiſtit ſuꝑbia. Alia aũt ſunt q̃ conſe-
quunt̃ ſuꝑbiam ⁊ ab ipſa eliciunt̃. Et
quodlibet iſtoꝝ eſt multiplex. Nã cũ
ſuꝑbia ſit inordinat⁹ amor ꝓprie excel
lentie. tot erũt ãñcedentia ⁊ cauſe ⁊ ori
gines. quot bona in quibus quis ex-
cellentiã inordinate appetere poteſt.
Sunt autẽ in genere triplicia bona.
Primo iſima q̃ dicunt̃ fortune. vt di-
uitie. delitie. dignitates officioꝝ. ami-
ci. ⁊ honores. Secundo bona nature
quo ad corp⁹. vt pulcritudo. fortitu-
do. ſanitas. ⁊ nobilitas. Quo ad aiãꝫ
intellectus ꝑſpicacitas naturalis. ſciẽ
tia acquiſita. memorie tenacitas. ad
virtutes naturalis habilitas. ſeu ỽtus
naturalis. virtus acq̃ſita. poteſtas to-
lerandi exercitia ſpũalia. ⁊ artes acq̃ſi
te. Tertio bona grẽ. vt fides. ſpes. cha
ritas. ⁊ alia. Cum igit̃ homo iordina-
te diligit ſe quod eſt radix oĩm pctõꝝ
id eſt. cuꝫ nõ refert oĩa bona in deum
primo principaliter ⁊ finaliter ꝓut in
primo precepto dictum eſt. quolibet
prefatorũ bonoꝝ faciliter homo retor
quet in ſe. ⁊ ſe extollit vltra q̃ꝫ debet. H
¶ Eſſentialiter ỽo ſuꝑbia ſm Greg.
xxiij. moral. conſiſtit in quattuor ſpe
ciebus. quas declarat ſanctus Tho.
vbi ſupra. Nam ſm Aug. li. ſniarum
Proſperi. ſuꝑbia eſt inordinat⁹ amor
ꝓprie excellẽtie. vt cum homo vult ſi-
bi aliq̃d bonũ ſolum. ideo q² hoc ha-
bendo vel iſto mõ habẽdo excellẽtior
eſt q̃ꝫ nõ habẽdo. vel nõ ſic habendo.
In iſto ãt capitulo ſolũ de ꝑ̃mis dua
bus ſpẽbus dicet̃. Prio igit̃ ſpẽs ſuꝑ
bie eſt. cũ bonũ qđ ſibi ineſt ab alio a
ſemetipſo hr̃e ſe exiſtimat. Excellẽti⁹
em̃ eſt ꝙ aliq̃d bonum inſit alicui a ſe
q̃ꝫ ab alio. Qñ ergo hõ ꝓpter inordi-
natũ amorẽ ꝓprie excellentie. mouet̃
ad eſtimãduꝫ illud bonũ qđ habet ab
alio. ſe ſolũ hr̃e a ſe. ⁊ vult etiã ſic hr̃e
a ſeipſo. tunc ſuꝑbit ꝑ̃ma ſpecie. cõtra
illud. j. Cor. iiij. Quid habes qđ non
accepiſti. Suꝑ quo glo. Aug. Sciẽn-
dum neminẽ poſſe diſcerni ab illa ꝑ-
ditionis maſſa niſi qui hoc bonũ ha-
bet ꝙ credat ꝙ quicq̃d boni hꝫ a gra-
tia ſaluatoris accepit. Dñ pħs in pri
mo de celo ⁊ mundo. Ab hoc quideꝫ
ente ſcꝫ deo depẽdet celum ⁊ tota ei⁹
natura. ⁊ ab vno ente ſingulis cõmu-
nicatum eſt eſſe ⁊ viuere. Nam q̃cq̃d
habemus a deo habemus. aut imme
diate a ſua manu potẽti nobis porre-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cta vt aīaʒ. itellectū. volūtatē. mēoꝛiā
fidem. ⁊ virtutes infuſas. Aut mediā
tibus dei nūcijs q̄ ſunt celum. elemē
ta. hoīes. beſtie. ⁊ alia tpalia nob̄ poꝛ
recta. Patet illud Matth. vj. vbi dici
tur. q̄ aues nō nent nec ſerunt. ⁊ tñ pr̄
celeſtis eas paſcit. Nō inq̄t ipſe ſe pa
ſcunt licet volent ⁊ querant. Itē patȝ
experiētia. Nam agricola q̄ interduȝ
ex vno anno bene colit vineā. minꝰ ꝑ
cipit q̄ꝫ p̄cedēti anno q̄ñ male colue
rat vineā. Cur. q꞉ laboꝛ humanꝰ non
ſufficit. ſ; ſolis ⁊ celoꝝ influētia. aeris
tēperies. ⁊ natura in q̄ deus dn̄aꝶ non
I homo. Sed dicis Credo me oīa bo
na a deo habere. ḡ careo pꝛima ſpecie
ſupbie. Rn̄det Guil. in ſūma vicioꝝ
q̄ etiā ideo dicit de ſupbo q̄ ipſe cre
dit bona ſua habere a ſe. quia ſcȝ facit
acſi crederet. Sic in ſimili. Aliq̄s di
cit nō credere xp̄m filium dei q̄ nec il
lius terreꝶ cōminationibus. nec attra
hiꝶ ꝓmiſſionibꝰ. nec p̄ceptis obtēpe
rat. nec cōſilijs acq̄eſcit. vt dic̄ Bern̄.
Sunt aūt tria q̄ntū ad hoc q̄ dicitꝰ ſu
perbꝰ facere q̄ſi crederet bona ſua ſe
habere ⁊ nō a deo. Pꝛimo ſi gloꝛiaꝶ
in coꝛde ſuo de bonis ſuis ꝯuerſe ꝓpꝛ
q̄ apl̄us dicit vbi ſupꝛa. Quid habes
quod non accepiſti. ſi aūt accepiſti q̄
re gloꝛiaris quaſi nō acceperis. Se
cundo q̄ntum ad hoc q̄ aliq̄s de bo
nis ſuis ſe iactat. ꝯtra illud Job. xxxj.
Si oſculatus ſum manū meam. In
manu operatio. in oſculo vo intelligi
tur laudatio. Vnde oſculum manus
eſt. laudatio ꝓpꝛie operatiōis. Tertio
q꞉ de bonis ſuis deo gratias nō agit.
ideo ingratus dicitur vulgariter non
agnoſcere beneficiū. Vn̄ Grego. Nō
eſt dignus dādis qui nō agit gratias
K de datis. Secūda ſpecies ſuperbie
eſt cum quis bonū qđ habet ab alio ď
gratia cognoſcit ⁊ fateꝶ ſe ab alio ha
bere, ſed putat ſibi hoc debitū fuiſſe ⁊
pꝛo meritis recepiſſe. Excellētius eīm
eſt aliquid habere ab alio ex meritis
ſuis q̄ꝫ mere de gratia. Cum ergo ho
mo ꝓpter amoꝛē ꝓpꝛie excellētie mo
ueꝶ ad eſtimanduȝ illud bonuȝ qđ ab
alio habet de gr̄a. habere ſe ab eo me
ritis ꝓpꝛijs. Vt ſi famulū habes ſuo
laboꝛe vix merentē calceos. q̄ datis ſi
bi tunica ⁊ caligis ⁊ calceis putaret h̄
ſe bene meruiſſe. hoc eſt ſupbire ꝯtra
deuȝ vel hominē. Scire aūt debes q̄
quicq̄d habes a dō habes. j. Coꝝ. xij.
Deus opaꝶ oīa in oībus. Imo deꝰ in
oīni actione noſtra pꝛincipalíꝰ cōcur
rit. Sed dicis. diuitias ⁊ ſcientiā ſtu
dio ⁊ laboꝛe ꝓpꝛio acq̄ſiui. quō ḡ a deo
habeo. Rn̄deꝶ q̄ deus tibi manꝰ ꝯtu
lit. pedes ⁊c̄. ⁊ intellectꝰ tui induſtriā.
Et hoc eſt pꝛimuȝ qđ habes ſ; a deo.
Hec aūt oīa velut penna moꝛtua ma
nu ſcp̄toꝛis nō recta. nihil feciſſent ad
tuā ſcientiā. aut ad diuitias tuas. niſi
ſummꝰ artifex eſſe ⁊ intelligē tibi de
diſſet ⁊ ꝯſeruaſſet. Et hec ſunt p̄ncipa
liſſima ⁊ ſine nr̄a induſtria ⁊ imediate
a deo. Vn̄ Luc̄. xvij. Cū oīa feceritis
q̄ p̄cepta ſunt vobis. dicite ſerui inuti
les ſumꝰ. qđ debuimꝰ facere fecimus
Et merito inutiles. q꞉ nihil deo ꝓfici
mus ſ; nobis ex ſua bonitate merito
qđ facere debuimꝰ ⁊c̄. q꞉ dei veriſſime
erui ſumꝰ creatiōe. rōne cuiꝰ oīa nr̄a
ſibi debemꝰ. plus ſi poſſibile eēt tene
mur ex cōſeruatiōe. amplius ex redē
ptione ⁊c̄. Dicit etiā Alexāder de ha
lis in ſumma. Credere ſe hr̄e bonū ꝓ
meritis inq̄ntuȝ credit ſe quis eē cau
ſam p̄ncipalē meritoꝝ illoꝝ. deū vo
ſecundariā. eſt pctm̄ ⁊ ſupbia. Sil'r cū
ſe credit hr̄e bonū a deo ꝓ meritis in
q̄ntū ſe ponit cauſam ſecūdariā tanq̄ꝫ
ex merito condigni illud tribuentē ē
ſecūda ſpecies. Credere aūt ſe habere
aliquod bonū ꝓ meritis ponēdo de
um cauſam p̄ncipalē non eſt peccatū

Vnde ſupbus ſecunda ſpecie appe
tit excellentiam propriam vt propriā.
inquantū ponit ſe cauſam principa
lem. deum vero ſecundariam. hec ille
Contra iſta quidam putāt merita ſua
tam magna vt merito deus pro eis de
beat eis dare vitā eternam. preſerua
re a tribulationibus et a ſimilibus. qḋ
ſi nō facit deus murmurant ſuperbe.
A ¶Ad illam ſpēm. et ad primam etiā
reducitur ingratitudinis vicium ſcḋm
Tho. Quia ingratus eſt qui ſibi attri
buit qḋ ab alio habet. Cōtra hāc ſpe
ciem peccās multipliciter errat. Pri
mo quia liberaliſſimū largitorē deū pu
tat venditorē dū credit emere meritis
a deo. qui non eſt eſtimator meriti. id
eſt. opus non eſt de ſe meritoriū. ſed a
dei miſericordia. Secundo talis pu
tat ſoluere. qḋ impoſſibile eſt ſibi ſol
uere. quia al's omnia tenemur deo vt pre
tactum eſt. Tertio quia ea que in oculis
noſtris interdū putant merita ſūt de
merita. Vñ Job. iiij. Ecce qui ſeruiūt
ei non ſunt ſtabiles. et in angelis ſuis
reperit prauitatē. quanto magis hi q̄
habitant domos luteas q̄ terrenū ha
bent fundamentū cōſumentur velut
a tineis Eſaie. lxiiij. Facti ſumus vt im
mūdi oēs nos. quaſi pannus mēſtru
ate vniuerſe iuſticie noſtre.

¶Capitulum. xiiij.

q
Uia igit ſupbia multis rebus
ſe immiſcet. ideo hic tria ſunt
videnda. ¶Primo de duabus
vltimis ſuperbie ſpeciebus in capitulo
precedēti enumeratis. et quibus rebus
ſe immiſceat. Scḋo quādo ſit pecca
tum mortale. Tertio que ſint remedia
A cōtra eandē. ¶Quātum igitur ad pmū
notandū quod tertia ſpecies ē. Cū iactat
ſe quis de bono quod non habet. Ex
cellentius enim eſt habere in ſe aliquod
bonum quam non habere illud. Et quan
to bonum eſt maius, tanto eſt excel
lentius. et tanto maiorem excellentiā
habens per hoc conſequitur. Cū igit
quis ex appetitu proprie excellentie
mouetur ad attribuendum ſibi aliqḋ
bonum quod non habet. aut maius
bonum quam habeat. tunc eſt tertia ſpeci
es. Exempli gratia. Cum homo ꝓpt
appetitū ꝓprie excellētie eſtimat ſe ſa
pientē. pulcrum. iuſtum. fortem. et ſic
de alijs bonis nature aut grē. aut etiā
eſtimat ſe magis ſapientē. aut doctū.
iuſtū. fortem. et in prenominatis quam ſit
aut dicit ſe ſapientē. doctū. fortē. iuſtū
et ſimilia. aut magis quam ſit in talibus dictis
aut etiā ſi talia alio modo quam per verba
oſtēdat. vt in precioſitate veſtiū. ampla
familia. vel quacūque exteriori alia ha
bitudine. eſt in tertia ſpecie ſuperbie.
¶Ad idē ptinet cū quis negat aliqḋ B
viciū qḋ in ſe eſt. per hoc enim attribuit ſi
bi virtutē oppoſitam. vel attribuit ſibi
bonum innocentie quod non habet.
Vnde Auguſtinus. iiij. de ciui. dei dicit
quod excuſare ſe de peccato cōmiſſo ad
ſuperbiā ptinet. Et dixi notāter quan
do ex amore ꝓprie excellentie moue
tur ad ſe ſic iactandum. Si enim ex ali
qua alia cauſa moueretur. vt ex vani
tate quadam vel delectatiōe ſola. quā
habet in mentiendo. vel ꝓpter lucrū.
tūc non reduceret ad ſupbiam. ſed ad
aliqḋ aliud viciū. et licet iactantia op
ponatur veritati. tamē ꝓprie rōne cāe
ex qua frequenter procedit ponit hic
ſpecies ſupbie. Vnde dicit Thom. q.
de malo vbi. ſ. et Alexander de hal. in
ſūma. Licet in iactantia ſit falſa vocis
ſignificatio. quia tamen eius intentio
principalis nō eſt vt fallat ſed vt excel
lat. dicitur ſpēs ſupbie et nō mēdacij.
Iactantia ponitur ſpecies ſupbie nō
quantum ad ipſum exteriorem actū qui
cōſequenter ſe habet ad ſupbiam. ſed
quantū ad interiorē affectū ex quo talis
actus exterior procedit. dū ſcȝ homo

preſumit de ſeipo. ac ſi haberet qđ nō
habet. ⁊ in talē excellentiā anim⁹ ei⁹
tendit q̄ ſibi nō cōpetit niſi haberet q̄
nō habet. Et in ſūma dicit. ꝙ iactātia
procedit ex ſupbia ſicut ex cauſa inte
rius motiuā ⁊ impellente. Ex hoc em̄
ꝙ aliq̄s interius ꝑ arrogātiā ſupra ſe-
ipſum eleuat̄. ſequit̄ plerūq̄ ꝙ exteri
us maiora de ſe iactet. licet qn̄q̄ nō ex
arrogantia ꝫ ex quadā vanitate aliq̄s
ad iactantiā procedat ⁊ in hoc delecte
tur. q̄ ē talis ſm̄ habitū. ⁊ iō arrogan
tia ꝑ quā aliquis ſupra ſeipm̄ extollit̄
eſt ſpēs ſuperbie. nō tn̄ idez iactantie.
ſed vt frequētius eius cauſa. iō ponit
Greg. ſpeciē tertiam. Tēdit aūt iacta
tor plerūq̄ ad hoc ꝙ gloriā conſequa
tur per ſuā iactantiaz. ⁊ iō ſm̄ Greg⁊.
ex inanigloria oritur ſm̄ rationem fi-
nis. De hac materia vide infra prece
C pto. viij. c. ij. ¶ Quarta ſpecies eſt ſm̄
Greg. cum q̄s deſpect⁊ alijs ſingula
riter vult videri. Excellentius ē em̄ ꝙ
quis habeat aliquod bonū qđ alij nō
habent. aut perfectius illud habeat q̄
alij. Cū igit̄ inordinatus amor ꝓprie
excellētie facit ꝙ quis deſpectis alijs
vult ſolus videri habere qđ nō habet
tūc eſt quarta ſpecies. verum ē ꝙ illđ
videri plus ꝑtinet ad inanemgloriaz
cuius cauſa eſt ſupbia. Vn̄ dic̄ Tho.
vbi. s̄. q. de malo. Peccatuz ſuperbie
qn̄q̄ magis euidentius apparet ꝑ ali
qua precedētia ⁊ ſubſequētia q̄ per il
lud in quo eēntialiter conſiſtit. Ideo
beatus Greg⁊. ſpēs ſupbie aſſignauit
ſm̄ aliquos actus antecedētes vel cō-
ſequētes. cū tn̄ oēs ſpēs ſupbie in qua
dā preſumptiōe animi eēntialiter cō-
ſiſtāt. Velle em̄ ſingulariter videri cō
ſequēter ad ſupbiam pertinet. Eſſenti
aliter autem quarta ſpecies ſupbie in
hoc conſiſtit ꝙ homo preſumit de ſe
ac ſi oms̄ ſingulariter excelleret. Ad
hmōi em̄ excellentiā anim⁹ ei⁹ afficit̄.

hec ibi. Supbia em̄ inordinate ꝓpriā
excellentiā appetit. ꝫ inaniſgloria ap-
petit excellētie inordinate manifeſta-
tionē. Ad hanc ſpēm reducit̄ cū quis
aliqđ bonū habet in ſe qđ alij nō hn̄t.
aut etiā excellentius poſſidet q̄ alij. ⁊
ſibi in hoc ꝯplacet inordinate inq̄tū
per hoc ſupra alios ē ⁊ eis excellētior
vel cum q̄s non habet ꝫ appetit habe
re aliqđ bonū maius vt ꝑ hoc ſup ali-
os ſit. ⁊ eis excellentior. ⁊ ꝑ hoc ſe eſti
mat alijs ſimpliciter meliorem. ⁊ ſic
vult eis ꝑferri. nec vult eis in alijs ſub
eſſe vbi deberet. tūc eſt in illa quarta
ſpecie ſupbie. Exēpli gratia. Si quis
habz maiorē ſcientiā alijs ⁊ in hoc cō
placet. aut appetit habere magnam.
propter hoc vt ꝑ eam ſuper alios ſit ⁊
eis excellētior. eſt quarta ſpēs. Si aūt
cognoſceret ſe eaz habere de munere
dei. ⁊ complacet in ipſa. iō vt melius
noſcat quid bonū ⁊ quid maluz ſit ad
ſe ⁊ alios regendū ad dei laudē. tunc
eſt virtus. Sz ſi ꝓpter hmōi ſciētiam
eſtimat ſe nō ſciētibus meliorē. iteruz
eſt in iſta quarta ſpecie. q̄ ſi iſe excel-
lit in ſciētia ⁊ in iſta ē ſuperior. in alio
deberet putare aliqua bona q̄ ignora
ret rōne quoruz alter ē multo melior.
Et ſicut dictū eſt de ſciētia. ita de qua-
cūq̄ alia ꝟtute. immo de diuitijs ⁊ ro
bore corꝑali. ⁊ de alijs q̄buſcūq̄ bōis
corꝑalib⁹ ⁊ ſpūalib⁹. Ad hāc ſpēm D
pertinet qn̄ quis ꝑſumptuoſe tēdit in
aliq̄d quod ē ſupra ſe ⁊ ſupra ſuam di
gnitatē. vt ſi quis nō eēt ſufficiens ad
regendum ciuitatē qui ex amore pro
prie excellētie mouet̄ ad appetēdū fie
ri magiſterciuiū. aut ſile. aut inſuffici
ens ad curā aiar̄. attamen ad talē ſta-
tū appetitu tenderet aut ſe ingereret.
⁊ hoc ꝓpt̄ inordinatū amorē ꝓprie ex-
cellētie quo vellet alijs ꝑferri in ſtatu
ep̄ali vl̄ in hmōi alijs. eēt quarta ſpeci
es. Et dicta nūc ſint de his in quibus

eſſentialiter ſupbia cõſiſtit. ⁊ de inte-
riori ſupbia. Ad hãc etiã ſpẽm ptine-
re videt iudiciũ temerariũ de malicia
ꝓximi. Vbi notandũ ꝙ triplex eſt iu
diciũ. Vnuz pfectorũ. de q̃. j. Cor. ij.
Spũalis oia iudicat. Aliud ẽ iudiciũ
autoritatis. de q̃ Sap. j. Diligite iuſti
ciam qui iudicatis orbẽ. Tertiũ ẽ iu-
diciũ ſuſpitionis. de quo ſm Tho. ſe
cũda. ij. q. lx. tria ſunt notanda. Prio
an iudiciũ ex ſuſpitione ꝓcedens ſit il
licitũ. Vbi ſciendũ ꝙ ſicut dicit Tul
lius. Suſpicio iportat opinionẽ mali
qñ ex leuib⁹ indicijs ꝓcedit. Et ꝯtin-
git ex tribus. Vno q̃dem mõ ex hoc
ꝙ aliquis in ſeipo malus eſt. ⁊ ex hoc
ipſo q̃ſi ꝯſcius ſue malicie facilit ma-
lum de alijs opinat. ſm illud Eccleſi
aſtes. x. In via ſtultus ambulãs cum
ipſe ſit inſipiens oẽs ſtultos eſtimat.
Alio mõ ꝓuenit ex hoc ꝙ aliq̃s male
afficit ad alterũ. Cum em̃ aliq̃s ꝯtem-
nit vel odit aliquẽ. aut iraſcit. vel inui
det ei. ex leuibus ſignis opinat mala
de ipſo. q̃a vnuſq̃ſq; faciliter credit qõ
appetit. Tertio mõ ꝓuenit ex longa
experientia. Vñ phs dicit. ij. rhetori-
ce. ꝙ ſenes ſunt maxime ſuſpitioſi. qꝛ
multotiens expti ſunt aliorũ defect⁹.
Prime aũt due ſuſpitionis cauſe ma
nifeſte ptinent ad ꝑuerſitatẽ affectus.
Tertia ṽo cauſa diminuit rationẽ ſu-
ſpitionis. ⁊ ideo ſuſpicio viciũ quod-
dam importat. ⁊ q̃ntomagis procedit
ſuſpitio. tãtomagis eſt vicioſum. hec
Tho. Secundo notandũ ſm eũdem
ꝙ triplex eſt gradus ſuſpitionis. Pri
mus vt homo ex leuibus indicijs de
bonitate alicu⁹ dubitare incipiat. ⁊ h
eſt veniale ⁊ leue peccatũ. pertinet em̃
ad tentationẽ humanã. ſine qua iſta
vita non ducit. vt habetur in glo. ſup
illud. j. Corinth. iiij. Nolite ante tem-
pus iudicare. Addit hic Cancell. pa-
riſieñ. Iudicare ꝓpria eſtimatiõe aliũ
ex apertis ſignis exteriorib⁹ que non
poſſunt bene fieri. non eſt ex ſe morta
le. licet quãdoq; ſit curioſitas venia-
lis. q̃nq; mortalis. duz homo ab alijs
melioribus aut debitis nimis impe-
dit. aut dum p hoc in ſupbiã erigitur.
Scõs gradus dicit Thomas eſt. cum
aliq̃s ꝓ certo maliciaz alterius exiſti-
mat ex leuib⁹ indicijs ⁊ ſignis. ⁊ hoc
ſi ſit de aliquo graui. eſt pctm̃ morta-
le. inq̃ntum nõ eſt ſine cõtemptu pro
ximi. Qꝛ em̃ aliq̃s malã opinionẽ ha
bet de aliquo ſine cauſa ſufficienti ex
iſto indebite cõtemnit ipm ⁊ ideo in-
iuriat ei. Vñ glo. ibidẽ dicit. Et ſi er-
go ſuſpitiones vitare non poſſumus
qꝛ hoies ſumus. iudicia tñ id eſt. diffi
nitiuas firmaſq; ſentẽtias cõtinere de
bemus. Cancellarius etiã dicit. Iudi
care alterũ leui ſupſpitiõe ſm pſum-
ptiones exteriores preſertim vehemẽ
tes non ex ſe mortale eſt. ſecus ſi fir-
ma aſſertione interiori vel exteriori il
lud fieret in magnũ ꝓximi dedecus ⁊
malum. Nullus etiã in vita iudican-
dus eſt tanq̃ dignus inferno. q̃m ſpi-
rituſſanctus opatur ſubito. Facta igi
tur nõ pſona a nobis ſunt iudicanda.
Zelotypia etiã q̃ eſt vehemens amor
ſuſpitioſus nõ ſatis fidens de re ama
ta. ⁊ alie ſuſpitiones maliuole. vt duz
quis ſemp putat irrideri ⁊ falli. vt q̃-
dam melancholici. ⁊ q̃dam ex religio
ſis faciliter cadunt ſi nõ reprimant. ſꝫ
ſi addat ꝯſenſus liber. ſunt vt pluri-
mũ mortalia delicta aut mortaliũ de
lictorũ vehemẽs cauſa. Tertius gra-
dus eſt vt dicit Thomas. Cum aliq̃s
iudex ex ſuſpitione ꝓcedit ad aliquez
condẽnandũ. ⁊ hoc directe ad iniuſti
ciam ptinet. vnde eſt peccatũ mortale
Tertio notanduz ſm eũdem ꝙ dubia
ſunt in meliorẽ partẽ interptanda vt
dic glo. ſup illo Ro. xiiij. Qui nõ mã
ducat. mãducantẽ nõ iudicet. Cuius

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ratio eſt. quia ex hoc ipſo ꝙ aliqs habet malā opinionē de alio abſq3 inſufficienti cā iniuriat̃ ei ⁊ cōtēnit ipſum. nullus aūt debet alterū contēnere vel quocunq3 nocumentū inferre abſq3 cā cogente. Et ideo vbi nō apparēt manifeſta indicia de malicia alicuius. debemus eum vt bonū hr̃e. in meliorē partē interp̃tando qđ dubiū eſt. Sed diceres. cum hō debet diligere proximū ſicut ſeip̃m. ꝫ circa ſeip̃m homo debet dubia interp̃tari in peiorē partem. ſm illud Job. ix. Verebar oīa opa mea. ꝰ videtur ꝙ ea q̄ ſunt dubia circa ꝓximos ſint in peiorē partē interp̃tāda. Rñ. Tho. Interp̃tari aliqđ in meliorē partē vel deteriorē ꝯtingit dupliciter. Vno mō ꝑ qndā ſuſpitionē. ⁊ ſic cum debemꝰ aliqbus malis adhibere remediū ſiue nr̃is ſiue alienis expedit ad hoc vt ſecurius remediū apponat̃ ꝙ ſupponat̃ id qđ deterius eſt. quia remediū qđ eſt efficax ꝯ̄ maius malū. multomagis eſt efficax cōtra minus malū. Alio mō interp̃tamur aliqđ in bonū vel malū diffiniendo ſiue determinādo. Et ſic in rerum iudicio debet aliqs niti ad hoc vt interp̃tetur vnūquodq3 ſm ꝙ eſt. in iudicio aūt ꝑſonarū vt interp̃tetur i melius. ſicut dictū eſt. hec Tho.

E Nunc videndum eſt de cōſequētibus ſupbiam interiorē q̄ a vulgo vocat̃ ſupbia. Vbi ſciēdum ꝙ ſupbia imperat ⁊ inuoluit ſe mltis opibus exteriorib. ⁊ in genere quītuplicibus. Primo corpi. Ibi ſunt. ſupbia criniū. oculoꝝ excellētia ceruix erecta. labia magniloqua. greſſus pompoſus. ⁊ brachia minantia. Secundo in ornatu corporis cōmittit̃ ſupbia. p̃cioſitate. mollicie. extraneitate. multitudine. amplitudine. vl̃ ſtrictitudine. Et hec oia cōmitti poſſunt in peplis. capucijs. tunicis. pallijs. ſuffoderaturis. camiſijs. cingulis caligis ⁊ in calceamētis. Tertio in cōuiuijs. ꝑ inuitationē diuitū multoꝝ ⁊ pauperū paucoꝝ. in multitudine ferculoꝝ ⁊ in p̃cioſitate cibarioꝝ. Et ſm vſum. Pre ꝓpe laute. nimis ardēter ſtudioſe. Quarto i equis ⁊ curribꝰ. ꝑ multitudinē equoꝝ. ꝑ ornatū eoꝝ aut curruū. ꝑ nimis eoꝝ frequentē vſum. Pro deo em̄ ⁊ ꝓ pctis deberemꝰ aliqñ peditare xp̃i exēplo ⁊ v̄ginis Marie. Quīto in voce. aut ꝑ v̄ba. vt iactādo ſe. aut in cantu in quo multi ſuperbiunt freqntando ſuauit̃ vociferādo ⁊ notas frāgendo. nec ſolum exteriora. verū etiā ſimplicit̃ oia bona ſupra enumerata hoīs ſupbia p̃t deſtruere. Vñ btūs Aug. i regula. Alia quippe iniquitas in malis opibus exercet̃ vt fiant. Supbia v̄o etiam bonis operibus inſidiat̃ vt pereāt. Pōt em̄ qs de virtutibus. imo de humilitate veſtiū ⁊ in ſimilibus ſe exaltare.

F Notandū autem ꝙ ſuperbia multis nocet. Primo quodāmodo deo. cuius templa exurit. Templū. inqt apl̃us. dei. j. Corinth. iij. ſanctū eſt qđ eſtis vos. ꝫ hoc ſupbia deuaſtat. Secūdo nocet ſctis. quia in feſtiuitatibꝰ eorū plus ſolent multi in ſupbia veſtium. criniū ⁊ ſertorū offendere q̄3 in diebus ferialibus. Tertio nocet angelis in cuſtodiā noſtram deputatis. q̄ gaudiū haberent ſup vno peccatore ꝑ humilē penitentiam redeūte. q̄ p̃uant̃ cum in ſuperbia excedimꝰ. Vñ etiā. j. Coꝝ. xj. dr̃. Mulier debet habere velamē ſup caput ſuū ꝓpter angelos ſc3 ne offendat eos. Vnde glo. Ibi angelici ſpiritus adeſſe credendi ſunt maxime cū diuinis miniſterijs vel obſequijs mācipamur. id eſt. cū eccl̃iā ingreſſi vl̃ lectionibꝰ ſacris aurē accōmodamꝰ. vl̃ orōni icūbimꝰ. vl̃ miſſaꝝ ſolēnia celebramꝰ. vl̃ pſalmodie opam damꝰ. Quarto nocet alteri ꝯiugū in tđū cū mlieri

ſuperbie vir ꝑ phas ⁊ nephas expēſas
lucrat̃. ⁊ ecōuerſo mulier viro aſſentit
Quinto nocet ipi ſupbienti. Supbiſ
eñ de⁹ reſiſtit Jaco. iiij. Sexto nocet
alijs hoibus q̄bus dat̃ ſcādalū ⁊ occa
ſio ſimilia faciendi. Septio aiabus in
purgatorio. Naꝫ cū expenſe in appa
ratu ſuperbo creſcūt. elemoſyne pau
perib⁹ hic ⁊ in purgatorio decreſcunt
G Quo ad tertiū principale. qn̄ ſuper
bia ſit pctm̄ mortale notat Tho. vbi
ſupra. ꝙ ſupbia ſm ſuū gen⁹ eſt pctm̄
mortale. accidit tn̄ ꝙ aliq̄ motus ſup
bie ꝓpt̃ ſui imꝑfectionē ſunt ſoluꝫ ve
nialia pctā. vt qui ꝓueniūt rōnis iudi
ciū. aut ſunt preter eius conſenſū. Di
cit aūt de malicia ſupbie beat⁹ Greg.
ꝙ euidentiſſimū ſignū reproboꝝ eſt
ſuperbia. Et Chryſo. ſup Matth. Ni
hil nos ita a dei clementia alienos fa
cit ⁊ gehēne tradit igni vt ſuperbie ty
rannus. Que aūt ſit differētia in gra
uitate quattuor ſpecieꝝ ſupbie oſten
ditur ſm Alexandrū de hal' in ſūma.
Prima eſt de ſe grauiſſima. qꝛ ibi ma
ior deo fit iniuria. Secūda eſt minus
grauis. qꝛ minor fit deo iniuria. Ali
quid eñ a deo ſe q̄s recepiſſe fatetur.
Tertia ē de ſe minus grauis q̄ꝫ ſecun
da. Verū quādo ſupbia vel aliud qd̄
cunqꝫ viciū ſit mortale vel nō menſu
randum eſſet penes quattuor regulaſ
de hoc datas in expoſitiōe ſcd̄a ⁊ ter
tia primi ꝑcepti de dilectiōe dei ſuper
H omnia. Vnde ꝓ intellectu taliū ſit
hec alia regula ſimilis quaſi prime. ⁊
ſit quinta in ordine. Alie eñ capitulo
quinto ſunt poſite. Quando aliq̄d cō
mittit̃ notabiliter cōtra dilectionem
proximi. tūc ē mortale. qn̄ nō. tūc ē ve
niale. Qn̄ aūt ſit aliq̄d cōtra dilectio
nem proximi poteſt attēdi penes iſta
precepta legis nature. Quod tibi nō
vis fieri. alteri ne feceris. Et qd̄ tibi vis
rationabiliter ⁊ ex debito fieri. alteri

hoc ideꝫ facias. Et poteſt etiam attēdi penes ſcandalū actiuū qd̄ ego infe
ro proximo meo malo exēplo. Sꝫ in
quāto oporteat aliq̄d eſſe contra dile
ctionē proximi vel quantum ſit illud
ſcandalū ad hoc ꝙ ſit mortale. nō eſt
determinatū preciſe. quia in modico
facere contra proximū non ē mortale
aut in paruo eum ſcandalizare. vnde
attēdat quilibet penes ſeipſum quid
ſibi vellet vel nō vellet fieri. ⁊ ꝑ quod
factum ſeruaretur inter ſe ⁊ proximū
amicitia vel non. ſm hoc iudicet ali
quid mortale vel veniale. Eſt igitur I
ſuperbia peccatuꝫ mortale per primā
regulam. ſupra. c. v. poſitam. dum q̄s
ſe nititur ſubiectioni diuine ſubtrahe
re. ſic ꝙ totam vitam ſuam ⁊ actus ſu
os ad humanam laudem ⁊ gloriam
mundanam ordinat. ⁊ in his finem vl
timum conſtituit. ⁊ hoc quo ad inanē
gloriam que ex ſuperbia procedit. vel
qn̄ hꝫ nolle obedire dei mandatis vel
deo ſeu contēnit vt in deſcriptione ſu
perbie patuit. Silr̄ ē. ſupbia pcm̄ mor
tale penes q̄ntā regulā. Cū q̄s ꝓprios
pro ſua ſuperbia perficiēda grauat. ſi
cut faciunt nobiles ꝓ faſtu ſuo paupe
res excoriātes ⁊ viri ꝓ ornatu mulie
rū ꝓximos damnificātes. Eſt etiā ſu
perbia pctm̄ mortale ꝑ quintā regulā
Cū q̄s ꝑ ſupbiā nō curat ſcandalizare
alios. ſicut mulieres q̄daꝫ alienos vi
ros ad lapſum ꝓuocātes. ⁊ iō ſe ornā
tes ⁊ occaſionē dantes lapſui mentis.
Eſt etiā mortale ꝑ tertiaꝫ regulā. cum
quis ꝓpter ſupbiam tranſgredit̃ prece
ptum eccleſie ſicut ſm quoſdā docto
res milites exercētes torneamēta per
eccleſiam prohibita. Sūt aūt reme K
dia plura cōtra ſupbiam ⁊ inanēglo
riam. Primū cōſideratio magnitudi
nis diuinarū perfectionū. cōtra queꝫ
deū vel ei⁹ ordinationē q̄s ſupbit. Cō
tra qd̄ dicit̃ Job. xv. Quid tumet ꝯtra

deum ſpiritus tuus? Ad huiuſmodi
intuitū ⁊ dei locutionē Abraam ſe ci-
nerem Geñ.xviij. ⁊ Moyſes impedi-
tioris lingue profitebantur humiliter
Exo.iiij. Scdm eſt cōſideratio humi-
litatis xpi ⁊ ſanctoꝝ. Unde Phil'. ij.
Chriſtus factus eſt pro nobis obedi-
ens vſqꝫ ad mortē. mortē autē crucis.
Matth.xj. Diſcite a me qꝛ mitis ſum
⁊ humilis corde. Tertiū eſt conſidera-
tio ſui in perfectōibus quas habemꝰ
Nam corpus ⁊ eius perfectionē ⁊ ani-
mam ⁊ eius ꝑfectionē a ſolo deo pnci-
paliter accepimus. ꝓ quibꝰ tāto plus
grati eſſe debemus. quāto excellenti-
ora dona recepimus. al's amplius pu-
niremur. Faciliter etiaʒ perdere poſ-
ſumus oia bona noſtra. qꝛ Eſa.xl. ois
caro fenū. ⁊ omnis gloria eoruʒ ſicut
flos agri. Quartū eſt cōſideratio pro-
priarum imꝑfectionū cōmuniū omi-
bus. Nam corpus de viliſſima mate-
ria conceptū eſt. ⁊ in vermibus finali-
ter putreſcet defunctum. medio vo tē-
pore ſup oia animantia in naribꝰ. au-
ribꝰ. oculis. ore. ⁊ alibi emittit immū-
dicias preter ea que latent intrinſecꝰ.
ſcdm illō Michee. vj. Humiliatio tua
in medio tui eſt. Anima aūt hebet in-
tellectu. curua eſt affectu. labilis me-
moria. prona ad lapſum ⁊ tarda ad re-
ſurgendum. Vñ Hiere.xvij. Prauū
eſt cor hominis ⁊ inſcrutabile. ⁊ quis
cognoſcet illud? Quintū eſt conſide-
ratio imperfectionū moraliū. Nā ne-
ſcimus licet ſperare poſſumus an ali-
quod opus meritoriū fecerimus cun-
ctis diebꝰ vite nr̃e. Tum qꝛ ſepe vicia
virtutis pallium induunt. Tum quia
omiſſio vniꝰ circūſtātie debite totum
opus viciat. ⁊ pauci ibi diligentiā ad-
hibent. Tū qꝛ ſupbia vel inanis glia
ſepe totū opꝰ viciat. vñ Eſa. lxiiij. Sic
pānus mēſtruate vniuerſe iuſticie no-
ſtre. Et Job.ix. Verebar oia opa mea
ſciens ꝙ nō pcis delinqñti. Et Greg.
.v. mora. Sepe iuſticia nr̃a ad examē
diuine iuſticie deducta iniuſticia ē, et
ſordet in cōſpectu diſtricti iudicis qđ
in oclis fulget opantis. Sextū eſt co-
habitatio humiliū in corpe ⁊ ope, ſic
eñ ille q̄ cōicat ſupbo induet ſupbiaʒ
Eccl'.xiij. ſic q̄ cōicauerit humili indu
et humilitatē. Unde Odo eps pariſi-
enſis in menſa ſemp ante ſe poſuit de-
ſpectiores pauperes ⁊ a latere alios.
Requiſitus aūt quomō poſſet hoc to-
lerare. reſpōdit. ꝙ quidaʒ nobilis mi-
les eū docuerat Job.v. ſcʒ. dicēs. Vi-
ſitans ſpeciē tuā nō peccabis. Septi-
mū eſt ⁊ forte optimū conſideratio ꝓ-
prioꝝ peccatoꝝ que quilibet melius
ſcit ꝙ̄ alter vel ſcire dʒ. Si eñ peccaſti
ſemel mortaliter deū ⁊ omnē creatu-
ram ſibi ſeruiētē offendiſti. iō ſcdm dei
iuſticiā panis te ſuffocare deberet. aq̄
ſubmergere. ignis incinerare. aer infi-
cere. beſtie deuorare. ⁊ ita de ſimilibꝰ
intelligenduʒ ē ſcdm Hugo. Quia ſcdm
Augu. peccator non eſt dignus pane
quo veſcitur. Quid igit de te q̄ forte
centies peccaſti mortaliter? Cōſidere-
mus igit in alijs bona nō mala. in no-
bis vero frequēter noſtra mala.

Capitulum.xiiij.

Decimo prohibet primo prece- A
pto inaniſgloria ꝓut eſt pecca-
tum mortale. quo ꝓprium dei
videlicet regis ſeculorū ⁊ immortalis
honor ⁊ gloria. j. Timo. j. tollit quod-
ammodo. Et Romañ. j. Qui cum co-
gnouiſſent deū. non ſicut deum glori-
ficauerunt. ⁊ obſcuratuʒ eſt inſipiens
cor eoꝝ. De hoc videndum eſt primo
quāte prauitatis ſit hoc viciū ⁊ piculi
Scdo q̄ et quotuplex ſit inaniſgloria
Tertio qñ ſit pctm̄ mortale vel non.
Qtū ad primū notandū ſcdm Tho. B
ſcda. ij. q. xxxj. ꝙ inaniſgloria differt a
ſupbia. Nam ſupbia nō ē inaniſglia.

nec appetitio eius. ſed ſupbia ē cauſa appetitiōis inanis glie. Vnde ſuperbia facit appetere inordinate ꝓpriam excellentiā. ⁊ ex iſto facilit̃ mouet̃ hō ad appetendū manifeſtationē eiuſdē excellētie. ⁊ illa ē appetitio inaniſglie Et ↄcurrere ibi pn̄t quattuor. Nā vanegloriosus putat in ſe eē aliqd excellentia certa dignū. qualiter tn̄ nō eſt. appetit vt alij hoc cognoſcāt ⁊ manifeſtum fiat vult vt hoc alij approbēt laudent ⁊ honorēt. ⁊ in tali laude vel approbatiōe delectatur. Scđo notādū ẜm eundē q inaniſgłia lꝫ nō ſit ſemp pctm̄ mortale. eſt tn̄ valde piculoſum pctm̄ triplici de cauſa. Primo. qꝛ nulli pſone parcit Iuuenes impugnat vt pꝫ in vitaſpatrū. de pueris. vno in duodecimo anno. alio in decimoquinto ſerpentē ille ad monaſteriū portantibus. qs abbas flagellauit. cur non diſcerent mites ⁊ humiles eē corde. Senes excecat. vt pꝫ in ſolitario pdicāte. ⁊ miſſam cantāte cathecuminis cum nullus adeſſet niſi pater obſeruans. Nobiles pijcit. vt pꝫ in Ezechia rege qui vnica orone obtinuit pcuſſionem centū octuaginta quinqꝫ miliū hoim. Alia orone qndecim annos adiectos vite. Et regreſſum ſolis facientem triginta duas horas die. qui tn̄ tandem eleuatus. niſi penitentiā egiſſet deo valde diſplicuiſſet. vt dicit Caſſianus de. viij. pncipalibꝰ vitijs. Et originaliter ponit̃. iiij. Reg. xx. Et Eſa. xxxviij. et. xxxix. Rurales inflat. vt pꝫ in fratre Mattam veſtibꝰ alligāte vt eēnt lōgiores. Cui demon ait. O monache ſi maiora valeres. maiora faceres. Feminas etiā ſanctas inficere nitit̃. vt pꝫ de ſancta Melania romana vidua trecentas libras argēti ſancto Banbone preſentante. cui cū pater nihil grande reſponderet. mulier ait. pater trecēte libre ſunt. Rñdit pater. Si deo dediſti ſcit quātū. ſi mihi mercedē pdidiſti in celo. Viros ſanctos decipit. vt ptꝫ de ſancto Eleuterio abbate de quo refert Greg. iij. dialo. q cū puerꝫ a demone nocte vexatū ad monaſteriū ſuū detuliſſet. ⁊ ibi puero exiſtente illeſo pater diceret. Ecce frēs. quomō demon monialibꝰ illis illuſit. ſtatim puer obſidet̃ iterato. ⁊ pr̄ Eleutheriꝰ plorans. imperat vt nemo cibū guſtet niſi puer ſanet̃. qđ cū fletu factū eſt nam iſtiſ orantibus demon abſceſſit. ⁊ pr̄ deinceps humilior fuit. Scđo qꝛ hoc vicium omnibꝰ opibus ſe inflectit. malis quidē in his qui gloriant̃ cū malefecerint ⁊ exultāt in rebus peſſimis Prouerb. ij. Bonis etiā vt oroni. pdicatōi. lectioni. correctioni. cātui. taciturnitati. veſtimētis humilibus. religioſo inceſſui. diuinis officijs ⁊ ſimilibꝰ inſidiat̃ operibus vt pereāt. qđ alia vicia nō faciunt. Vn̄ Augꝰ. in regula. Superbia etiā bonis opibus inſidiat̃. Ideo ſancti pr̄es vt Caſſianꝰ refert. hoc vicium aſſimilauerūt cepe. vbi vna ſublata pellicula cōtinue decorticanda alia reſtat. Itē aſſimilat̃ ſcopolo maris ad quē illiſa nauis referta oibus bonis ſtatim mergit̃. Itē ẜm Greg. latroni qui theſaurū in via recipit oſtenſum. Item ẜm Chryſo. arbori iuxta viam plātate cuius poma raro matureſcūt Itē vēto vrēti q fructū tenerū ſtatim deſtruit. Exemplū in vitaſpatrū. vbi frater vt putabat deuotꝰ onagros in ſolitudine vocauit vt onera portarēt. qđ cū Anthonio frēs retuliſſent. ait. Iſte inquit eſt velut nauis plena diuitijs piculo expoſita maris. Poſt pauca aūt tpa flēte Anthonio queſitū eſt quid fleret. Rñdit. lapſum inqt illius de q mihi dixiſtis. ite ⁊ videte in matta eū flentē. iuerunt ⁊ repererūt ⁊ qnta die defunctus eſt. Tertio eſt hoc vicium deteſtabile. qꝛ in omni loco ho-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

minē reperit etiā in ſolitudine. Unde
beat⁹ Apolon⁹ cū q̄ndecim annoꝝ
exñs heremū intraret. ⁊ ibi p̱ triginta
annos manſiſſet vocat⁹ ē ab angelo vt
exiret ⁊ p̱ verba ſua egyptios cōuerte-
ret plures. ait aufer a me q̄ſo ſp̄m ina-
nis gl̄ie. Cui angl̄s ſubter pedes ꝓijce
quicq̄d circa ceruicē tuā repis q̄ facto
diabolū ꝓiecit clamantē. ⁊ ſic p̄mo li
ber effect⁹ eſt. Itē de alio p̄re q̄ cū ob-
ſeſſos libaret impugnat⁹ ab hoc vicio
obtinuit obſideri. ⁊ tandē fratrū oroe
ſanat⁹ liberat⁹ eſt a demone ⁊ ab inani
gl̄ia. Immo h̄ viciū victū acrius inſur
git. Et p̄mū eſt in vite ſancte inchoa-
tiōe. ⁊ vltimū in victoria. qđ nec xp̄m
dimiſit q̄n eū impugnaret. ⁊ in pinna
C culo cū eo demon aſcēdit. ¶ Sūt aūt
q̄uqꝫ remedia. Primū vt ſollicite vide
amus ne in p̄ncipio medio aut in fine
op̱is boni vana gl̄ia ſe immiſceat. ſꝫ oia
in deo dirigam⁹. ſm̄ illud p̄s. Nō no-
bis dn̄e nō nobis. ſꝫ noi tuo da gl̄iam.
Sic ſanct⁹ Thomas feciſſe dicit̄ cru-
cifixo q̄n honorabat̄. cū pollice videlꝫ
ſecrete crucē faciēdo ſub ſcapulari. et
dicendo p̄fatū verſiculū. Scđo vt vere
amur oia op̱a nr̄a cū btō Job. ix. Ne
forte niſi fecerim⁹ vt debuim⁹. ſm̄ il-
lud Luc. xvij. Cū oia feceritis q̄ prece
pta ſunt vobis. dicite. ſerui inutiles ſu
mus qđ facere debuim⁹ fecim⁹. Ter-
tio ꝯſiderem⁹ q̄ntū malū faciat q̄z oia
op̱a bona pōt deſtruere. ſm̄ illud xp̄i.
Receperūt mercedē ſuā. qđ xp̄s ait de
ypocritis Matth. vj. Quarto vt op̱a
apparēter rara ⁊ bona occultem⁹ q̄n-
tum poſſum⁹. vt neſciat ſiniſtra q̄d fa
ciat dextra tua Matth. vj. Quinto vt
orem⁹ ꝯtra tātū viciū. Vn̄ ſup illud. j.
Theſſal̄. ij. Deo q̄ ꝓbat corda nr̄a. dic̄
glo. Vt ſibi nō hoibus placeam⁹. qđ
niſi ip̄e in nob̄ oper̄ vitare neq̄m⁹. Et
Aug⁹. ibidē dicit. Quas vires nocēdi
habeat hūane gl̄ie amor nemo ſentit

niſi q̄ ei bellū indixerit. ¶ Quo ad ſe- D
cundū principale notandū. q̄ gl̄ia in
ꝓpoſito ſignat q̄ bonū alicui⁹ deueniat
in noticiā alteri⁹ vel alioꝝ. ⁊ ad appro
bationē eoꝝ. Et ſic appetere gl̄iam eſt
aliquē appetere vt bonū ſuū verū vel
apparēs veniat in noticiā ⁊ ad appro-
bationē alteri⁹ vel alioꝝ. ſꝫ aliquē que
rere gl̄iā p̱ exteriora facta. fit p̱ hoc q̄
aliq̄s op̱a ſua agit coram aliis. aut loq̄t
aut q̄n manifeſtat̄ p̱ laudē alienā. vt
q̄n honorat̄ ab aliis. q̄z tūc vidētes eū
honorari maiora de eo eſtimāt. et iſta
pertinēt ad filias inanis gl̄ie. De q̄b⁹
poſtea dicet̄. Scđo notādū q̄ nō ois
appetit⁹ gl̄ie eſt malus. ſꝫ appetit⁹ ina
nis gl̄ie ſemp̱ eſt malus. Nā vt Tho.
vbi prius dicit. Ad p̱fectionē hominis
pertinet q̄ ip̄e ſe cognoſcat. ſꝫ q̄ ip̄e co
gnoſcat̄ ab aliis nō p̱tinet ad eius p̱fe
ctionē. ⁊ iđ non ē p̱ ſe appetendū. pōt
tn̄ appeti in q̄ntum eſt vtile ad aliquid.
¶ Vn̄ tripliciter eſt vtile ⁊ licitū q̄ ali E
quis cognoſcat̄ ab aliis bonus. Prio
ad hoc vt de⁹ ab hoibus gl̄ificet̄. Vn̄
Matth. v. Sic luceat lux vr̄a coram
hoibus vt videāt op̱a bona ⁊ gl̄ificent
p̄rem veſtrū qui in celis eſt. Secundo
ad hoc q̄ homiēs ꝓficiant in bono qđ
in aliis cognoſcūt. vt in p̄cedēti auto-
ritate etiā patet. Et ſic fecit apl̄us. ij.
Coꝝ. xj. ⁊. xij. vt diſcipli ſui p̱ pſeudo
apl̄os nō deciperētur. vl̄ eis plus cre-
derēt ait. Ter virgis ceſus ſū. ⁊ mul-
ta alia que ibi enumerat de ſe apl̄s bo
na. Tertio ad hoc q̄ ipſe homo ex bo
nis que in ſe cognoſcit per teſtimoni-
um laudis alięne ſtudeat in eis p̱ſeue
rare ⁊ ad meliora ꝓficere. Et ſic licet
habere curā de fama ⁊ eā tueri. Etiā
ſic fit in treugis q̄ fiūt ſup graduēdis
in vniuerſitatib⁹. Et ſm̄ h̄ tria lauda-
bile ē q̄ q̄s habeat curā de bono noie
Et q̄ ꝓuideat q̄s bona corā hoib⁹. nō
tm̄ corā deo. Rom. xij. nō tamen q̄ in

hominū laude inaniter delectet. Po
teſt igit laudabiliter ad alioꝝ vtilita/
tē glīam ſuā q̄rere. ſicut ⁊ deus glīaꝫ
ſuā querit. nō ꝓpter ſe ſed ꝓpter nos.
F Eſt ergo notanduꝫ hic ꝙ in genere
eſt gloria triplex. Vna vera. Secūda
vana. Tertia diabolica. Prima ē ſe/
xtuplex. Vera qn̄ quis nulliꝰ pcti ſi
bi ꝯſcius eſt. De qua .ij. Cor. j. Glīa
nr̄a hec eſt teſtimoniū ꝯſciētie noſtre.
Verior qn̄ dulcedo ſāctiſpūs manife
ſte ſentit. q̄ ſpūſſanctꝰ teſtimoniū dat
ſpiritui noſtro ꝙ ſimus filij dei Roꝫ.
.viij. Sed hic cauendū eſt ne q̄s deci
piat in dulcedine ſpūali ⁊ ſentimētis.
qꝛ q̄daꝫ ſunt cōmunes malis ⁊ bonis
alie ſpāles tm̄ bonis. vt beatꝰ Bern̄.
tradit in epl̄a ad fratres de mōte dei.
Veriſſima ē eterna gloria. Alie tres
ſunt p̄us recitate. Tertio notandū ꝙ
gloriā ſuā pōt quis querere vt p̄miſſū
eſt. ꝫ illud competit potiſſime ꝑfectiſ
viris. Vnde ⁊ Matth. v. Xp̄us diſci
pulis ait ⁊ doctoribus Sic luceat ꝛc.
Nec tamē talibus ſemꝑ cōpetit. ꝫ qn̄
eſt notabilis neceſſitas vel vtilitas. in
firmis aūt ⁊ impfectis non eſt tā cau
tum ꝓpter ꝑiculum inanis glorie. qꝛ
ſm̄ Grego. bona innoteſcere hoibus
ſine periculo vix fieri pōt. Patent hec
vbi prius ꝑ ap̄lm qui ait .ij. Cor. xij.
Inſipiēs factus ſum. id eſt. ad modū
inſipiētis quodāmodo feci gloriādo.
vos me coegiſtis ſcꝫ malis facilit ac/
G quieſcēdo doctoribꝰ. Secūda glo/
ria videlꝫ vana fit q̄ntuplr̄ ſm̄ Tho.
Primo ex parte materie bone glorie
paulo ſupra. cuꝫ quis appetit ꝙ alijs
appareāt aliq̄ bona in ſe ⁊ illa appro/
bent tanq̄ bona ⁊ magna. q̄ tm̄ nō ſunt
in eo. vt cū appetit ꝙ alij eū eſtiment
doctuꝫ. aut deuotum. aut multū do/
ctum. aut liberalem. aut diuitem. aut
pulcrū. nobilē. ⁊ ſic de ſimilibꝰ. cū nō
ſit talis. aut cū appetit vt alij putēt eū
feciſſe tale opus qḋ tamen non fecit.
Secūdo gloria eſt vana cū quis que/
rit gloriā de re q̄ nō eſt gloria digna vt
de caduca re ⁊ fragili. ſicut eſt pulcri/
tudo corpis. diuitie. criſpitudo criniū
⁊ hmōi. inane em̄ eſt. ⁊ vanū ꝙ homo
huiuſmodi res caducas fragiles ⁊ mo
dicas que cōmuniter magis nocēt q̄
proſint tā magnas reputet. ꝙ etiā glo
riam de eis querit. ⁊ vult ꝙ alij in eo
talia noſcāt ⁊ tanq̄ bona ⁊ magna re
putent ⁊ approbent. Tertio eſt vana
cū quis gloriā querit de rebus inutili
bus ⁊ nociuis q̄ nō ſunt apud multos
grauia pctā reputata. vt de ſuperfluis
ſumptibus in cōuiuijs in veſtibꝰ. edi
ficijs familia. ⁊ fit glīa ſic vana ex par
te materie. Quarto eſt vana ex parte
eius a quo q̄s gloriā querit. puta cuꝫ
quis appetit bona ſua vera vel appa/
rentia fieri manifeſta hoibꝰ. vt ea ap/
probent. quorū tamen hoim iudiciū
eſt fallibile ⁊ incertū. vt hoibꝰ ſimpli
cibus mūdanis ⁊ ſecularibus. q̄ actꝰ
hominū freq̄nter ſolum extrinſecus
conſiderant. ⁊ multotiēs nō bona aut
modicum bona eſtimāt magna ⁊ ex/
cellētia. imo freq̄nter de rebꝰ modicū
aut nihil iudicare ſciūt. Vt ſiquis ap
peteret doctus apparere apd̄ idiotas
⁊ rudes. quia de huiuſmodi iudicare
non ſciunt. tales em̄ noſcūt ſolum ſen
ſibilia ⁊ preſentia. vt diuitias. potētiā
pulcritudinē. ⁊ ſimilia modica. imo
talia ſunt bona minima nō media. vt
virtutes. nec maxima vt beatitudinē
faciētes. que tamē minima bona ma/
xima eſtimāt. Et illos q̄ talia hn̄t eſti/
māt glorioſos ⁊ reuerētur tales ⁊ ho/
norāt. vera aūt bona hn̄tes ⁊ vere bo/
na. vt v̄tutes. ipi nō noſcūt. aut modi
cū reputant. aut paruipēdunt. aut q̄ꝫ
deterius ē ꝯtemnunt. ⁊ iō inane ⁊ va/
nū eſt teſtimoniū huiuſmodi bonoꝝ
ab eis q̄rere. Quīto mō glīa fit ianis

ꝛ vana ex parte ipſius qui gloriā q̄rit
vt qui gloriā ſuā non refert in debitū
finē puta in dei honorē ꝛ ꝓximi ſalu-
tē. Omē eñ bonū de quo quis recte
gloriā querit dꝫ credere a deo ſibi eſſe
datum. ꝛ ita nō habet hō hoc a ſe. ſed
eſt q̄ſi quoddā bonū diuinū. ꝛ deo de
iſto ṗncipalr̄ debet̄ gloria ꝛ laus. Et
ideo qñ hō appetit vt bonū ſuū alijs
fiat manifeſtū. debet hoc appetere ad
iſtum finē. vt deus ex h̄ laudet̄. q̄ tale
bonū largit⁹ eſt. Ideo dicit apl̄us. ij.
Cor. x. Qui gloriat̄ in dn̄o glorietur. i.
de bono oꝑe nō querat ſibi gloriā ſed
deo. Tale eñ bonū dat̄ hoi a deo vt
ex illo alijs ꝓſit. ꝛ ideo int̄m dꝫ appe-
tē gloriā d̄ tali. inq̄ntū ꝑ eā parat̄ ſibi
via ad hoc vt alijs ꝓſit. ſicut apl̄s. vt
ſupra patuit. Quādo ḡ homo appe-
tit gloriā ꝛ in illa ſiſtit. aut in ſeipm̄ ſo
lum refert in ſui laudē ꝛ recōmēdatio
nē ꝛ nō in ꝑfectū ꝓximi. aut i dei lau
dem ꝛ gloriā finaliter. tunc ē vana glo
ria ꝛ inanis ꝛ pctm̄. qꝛ q̄cunq₃ vanū
appetere eſt peccatū. ſm̄ illud pſ̄. Fi
lij hominū vſq₃ q̄ graui corde. vt q̄d
diligitis vanitatē et queritis menda-
H ciū ꝛc. ¶ Tertia gloria videlicet dia
bolica eſt etiā ex parte materie. quan
do quis gloriā q̄rit de pctis notabili-
bus. ꝛ de rebus magis ignominioſis
q̄ glorioſis. vt cū quis ꝑ potentiā ali
quē opprimit. aut cū notabili ꝑſona
luxuriatus eſt. aut aliq̄d iniuſte a tali
recepit. aut haſta luſit in peccatis. aut
ꝓ multo luſit. ꝛ vult vt alij h̄ noſcāt ꝛ
approbēt. h̄ eſt diabolicū pctm̄. qꝛ de-
mones ſic corā ſuo ṗncipe gloriari ſo
lent de malis in q̄ alios ꝓiecerūt. Cō
tra q̄s in pſ̄. Quid gloriaris in mali-
cia q̄ potēs es iniq̄tate? Dilexiſti ma-
liciā ſuꝑ benignitatē. iniq̄tatē magis
q̄ loq̄ eq̄tatē. ꝓpterea deſtruet te de⁹
I in finē. ¶ Quo ad tertiū ṗncipale. qñ
ſcꝫ inanis gl̄ia ſit pctm̄ mortale. No-

tandū ſm̄ Tho. vbi ſupra. ꝙ aliq̄n va
ne glorie appetit⁹ eſt mortale. aliq̄n ve
niale. Omē eñ pctm̄ qđ ſit ꝯ charita-
tē eſt mortale ꝛ ſolum tale. mō inanis
gloria q̄dam eſt cōtra charitatē. q̄dā
nō. Et licet pctm̄ inanis glorie preciſe
ſm̄ ſe cōſideratū ꝛ put ſibi nō cōiun
gitur aliud peccatū. nō repugnat cha
ritati proximi. vt ꝙ quis appetat bo-
na que in ipſo ſunt vel apparēt mani-
feſta fieri alijs ꝛ laudari. ꝛ hoc preciſe
ꝓpter delectationē quā habet in alio-
rū laude. hoc nō eſt cōtra charitatem
ꝓximi. nec aliq̄ mō in nocumentū ei⁹
¶ Poteſt tamē inanis gloria eſſe con K
tra charitatem ꝓximi inq̄ntum aliud
peccatū ei ſcilicet inani glorie coniū-
ctum eſt. Unde hec prima regula eſt
ꝙ quādocunq₃ ordinat̄ inanis gl̄ia in
aliud peccatū mortale tanq₃ in finem
vt cū quis vult videri doctus vt alij
vt alij ſibi credāt et ſic eos inducat in
perfidiam. vel cum quis ſe laudat de
fidelitate. vel facit ſimulata oꝑa vt eū
eſtiment probum ꝛ fidelem. ꝛ ſic poſ-
ſit eos dānificare in rebus ꝑ furtū vel
ꝑ aliam fraudē notabiliter ꝑſertim dā
noſam. vel cū quis vult videri diues
vel nobilis ꝓpter h̄ vt mulierē aliquā
poſſit allicere in ſui amorē ꝛ ꝯſenſum
luxurioſum. tunc quia illud eſſet con
tra charitatē ꝓximi. quia in magnū
nocumentū. fieret peccatū mortale.
Et de illo ſonabant etiā regule poſite
ſupra de ſuꝑbia. ꝙ ſit pctm̄ mortale.
¶ Secūda regula eſt. Omnis pctm̄ in- L
anis glorie preciſe ſm̄ ſe conſideratū
ꝛ ſine cōiunctione alterius pctī nō ſit
cōtra charitatē ꝓximi. tamē ē vt ſic ꝯ
charitatē dei triplicit̄ ſm̄ Tho. Prio
rōne materie. de q̄ q̄s gloriat̄ vt cū q̄s
gloriat̄ d̄ aliq̄ falſo. qđ ē ꝯriū diuine re-
uerētie. ſic illō Ezech. xxviij. Eleuatū
eſt cor tuū. dixiſti de⁹ ego ſum. Suo
mō ſi gl̄iaret̄ de oipotētia. oiſciētia vl̄

ꝙ eſſet deꝰ ⁊ ſic laudari appeteret. val
de peccaret ꝯtra dei reuerentiā ⁊ mor-
taliter. ſicut fecit Alexander magnus
qui filius Iouis a multis dici delecta
bat. attamen cū telo grauiter in expu
gnatione ciuitatis vulneratus eēt ait.
Oēs me dei filiū clamāt. ſ; hoc telum
me hominē eſſe fatet. Item idē cū ſe
pro deo adorari vellet. quidā miles ei
ait. Si dij corpꝰ aīo tuo equaſſent. ca-
pite celū ⁊ manibus vtroſq; fines terre
caperes aut tangeres. cū ſis igit eq̄lis
alijs. alijs te nō pferas. Sic feciſſe vo-
luit Octauianus. ſi Sibylla maiorē
ei nō oſtendiſſet. Et Herodes fecit ſe
adorari ꝓ deo vt ptz Act. xij. Similr
ſi q̄s gloriā quereret de aliquo bono
tanq̄ a ſe habito. ⁊ nō tanq̄ a deo ac-
cepto mere gratuito. gloriaret de fal-
ſo. ſcʒ ꝙ aliquid haberet a ſeipo ⁊ non
a deo. eēt ꝯtra dei reuerentiā peccatū
mortale. Sicut feciſſe videtur Nabu-
chodonoſor monarcha. qui i pallatio
deambulans ait. Nonne hec eſt baby
lon ciuitas magna quā ego edificaui
in domū regni in robore fortitudinis
mee ⁊ in gloria decoris mei Danielis
.iiij. Quo loq̄nte ſtatim vox ſibi cō-
minabat. ꝙ ſeptē annis vt bos fenum
comedere deberet ⁊ priuari ſenſibus.
Ad illū primū modū etiā ptinet ſm
Tho. cū quis bonū tēporale de quo
quis gloriat preferret deo. q2 hoc ꝓhi
bet Hiere. ix. Non gloriet ſapiens in
ſapiētia ſua. nec fortis in fortitudine
ſua. nec diues i diuitijs ſuis. ſ; in hoc
gloriet qui gloriat. ſcire ⁊ noſſe me. q2
ego ſum dn̄s qui facio miſcdiam ⁊ iu-
N diciū ⁊ iuſticiam in terra. Scdo mo
do appetitus inanis glorie cōtrariat
dilectioni dei ex parte eius a quo glo
ria querit. vt cū quis teſtimoniū ⁊ ap-
probationē hominū prefert teſtimo-
niis ⁊ approbatiōibus dei. Sicut con
tra quoſdā de principibꝰ ſacerdotum

dicit Ioh. xij. ꝙ dilexerūt plus gl'iam
hominū q̄ gl'iam dei. Nā vt ibi habet
Multi ex principibus ⁊ legiſperitis ⁊
ſacerdotibus crediderunt in xp̄m. ſed
ꝓpter phariſeos nō confitebant ne de
ſynagoga eijcerent. qḋ erat apud eos
valde ignominoſum. Iſti ergo plus
refugierūt illā ignominiā. ⁊ plus dile
xerūt gl'iam hominū. ⁊ plus voluerūt
honorari ⁊ tāq̄ boni reputari ⁊ appro
bari ab hominibꝰ q̄ gl'iam dei. id eſt.
appetierūt a deo approbari ⁊ corā eo
iuſti exiſtere. Et ſm Nicolaū de lyra.
de iſtoꝝ numero in pte vel in toto fue
runt Nicodemus. qui ad Ieſum venit
nocte. ⁊ pncipes ⁊c. Ioh. vi. ē. Et Io-
ſeph ab arimathia ⁊ Gamaliel ⁊c.
Tertio modo appetitus vane glorie N
repugnat dilectiōi dei. ⁊ hoc ex parte
ipſius gloriantis. ſcʒ qui intentionē
ſuā refert ad gloriā tanq̄ ad vltimū fi-
nem. ita ꝙ gloriā appetit ꝓpter ſeipm
nullo mō referēdo eā in vtilitatē pro-
ximi. aut dei honorē finaliter. Et qui
opa virtutū ordinat vltimate in gl'iam
ſuā tanq̄ in ſuū ⁊ optimū ſibi. vt ꝙ ie
iunat. dat elemoſynā ⁊ ſimilia. vt alij
ſciant ⁊ eum glorificent. Et qui tante
diligit eā ⁊ appetit ꝙ etiā ꝓpter ipſam
conſequendam non ptermittit facere
contra deum. ſic eſt peccatū mortale.
Quando vero gloria eſt vana aliq̄ mo
doꝝ ſupra poſitoꝝ circa ſcdam ꝓpoſi-
tionē. attamē nō repugnat dilectioni
aliquoꝝ modoꝝ nūc ptactoꝝ tūc ap-
petitꝰ vane gl'ie nō eſt pcm̄ mortale. ſ;
ſolū veniale. vt dicit Tho.

Capitulum. xv.

Vndecimo hic ꝓhibet hypocri- A
ſis. Nā ex pmiſſis ptz ſic finis
ſuperbie eſt propria excellētia
quam intendit ſuperbus. ſic finis ap-
petitionis inanis glorie eſt manifeſta-
tio proprie excellentie. quia illam in-
tendit vane glorioſus. Ad hāc autem

manifeſtationem ſm Tho. ſcd̃a.ij.q.
cxxxij.arti.v.pôt qſ tẽdere ⁊ directe tri
pliciter. Prio p v̈ba. ⁊ ſic eſt iactãtia.
Scd̃o p facta falſa. ⁊ ſic ẽ hypocriſis.
Tertio p facta vera hñtia quandaʒ ad
miratioñe. ⁊ ſic ẽ pſumptio nouitatũ
De hypocriſi ergo tria ſunt dicenda.
Primo qd ſit. ⁊ q̃liter ɔmittit̃. ⁊ q̃ʒ ma
la ſit. Secundo qñ ſit pctm̃ mortale.
ſeu ſub p̃cepto ꝓhibita. Tertio an q̃s
ſe minorẽ poſſit oſtendere q̃ʒ ſit in re.
B qd vocat̃ ironica. ¶ Circa primũ
notãdũ ſm Tho. vbi. s. q̈ hypocriſis
dupliciť capit̃. Vno mô côiter. Alio
mô ꝓprie. Côiter ſeu generaliter hypo
criſis idem ẽ q̈ ſimulatio. ⁊ ſic ẽ men
daciũ ɔſiſtẽs in ſignis exterioꝝ facto
rum. vt cũ q̃s p aliq̃ exterioꝛa ſigna re
rum. aut factoꝝ aliq̃d de ſe ſignat qd
in eo nõ eſt. aut melius aut excellen
tius q̃ʒ in eo veraciter exiſtat. Et iſto
mô magn⁹ apparat⁹ veſtiũ eſt ſimula
tio ſeu hypocriſis lr̃ature ſiue ſapie. ⁊
magn⁹ ſtatus ⁊ ſumptuoſus in equis
ſeruis ⁊ ſitibus. ẽ ſimulatio diuitiaruʒ
⁊ potẽtie. Et ſic oĩs ſimulatio ſeu hy
pocriſis ẽ mẽdaciũ. ⁊ iõ pctm̃. ⁊ aliqñ
mortale ſi ẽ ɔtra charitatẽ. Aliqñ veni
ale. ſicut de mẽdacio dicet̃ infra in p̃
C cepto. viij. c. j. ¶ Cauſa aũt q̃re ſimula
tio eſt pctm̃. eſt illa. dicit Tho. ibideʒ.
q: ad virtutẽ veritatis pertinet vt aliq̃s
talẽ ſe exhibeat exterius per ſigna ex
terioꝛa qualis eſt. ſigna aũt exterioꝛa
nõ ſolũ ſunt verba ſed etiaʒ facta. ſicut
ergo veritati opponit̃ q̈ aliquis p ver
ba exterioꝛa ſignificet aliud q̃ʒ habet
apud ſe. qd ad mendacium ptinet. ita
etiã veritati opponit̃ q̈ aliq̃s p aliqua
ſigna factoꝛũ vel rerũ aliquid de ſe ſi
gnificet ɔtrariũ ei⁹ qd in eo ẽ. qd ꝓprie
D ſimulatio dicitur. ¶ Tamẽ ſicut dicit
Aug⁹. in li. de queſtionib⁹ euangelij.
Non omne quod fingimus mẽdaciũ
eſt. ſed qñ illud fingimus qd nihil ſi
gnificat. tũc eſt mẽdaciũ. Cũ aũt fictio
nr̃a refert̃ ad aliquã ſignificatioñe nõ
ẽſt mendaciũ. ſed aliqua figura verita
tis. Et ſubiungit exemplũ de figurati
uis locutionib⁹. in quib⁹ quidẽ fingi
mus res. nõ vt aſſerat̃ ita eſſe ʒ eas ꝓ
ponimus vt figurã alterius. qd aſſere
re volum⁹. Sic igit̃ ſe finxit dñs lon
gius ire Luc. vlt̃. q: cõpoſuit motuʒ
ſuũ quaſi volẽtis lõgius ire. ad aliud
figuratiue ſignificandũ. ſ. q̈ ipſe ab eo
rum fide lõge erat. vt Grego. dic̃. Eſt
igit̃ vt dicit Tho. ſimulatio peccatum
ſimpliciter. q: nõ refert vtrũ q̃s verbo
vel quocunq̈ facto alij mẽtiat̃. Tamẽ
Vdalricus dicit. Siquis dat per ali
quod opus vł p verbũ duplex aliquid
intelligere qd non ẽ. non intentiõe fal
lendi. ſed intentiõe vtilitatis cõſequen
tis talẽ ſimulationem non eſſe pctm̃.
¶ Circa qd tamen notat Tho. q̈ ſicut E
aliquis verbo mẽtit̃ qñ ſignificat qd
non eſt. non aũt qñ tacet qd eſt. quod
quidẽ aliquando licet. Ita ſimulatio
eſt qñ aliquis p exterioꝛa ſigna facto
rum vel rerũ ſignificat aliquid quod
nõ eſt. nõ aũt ſi aliquis p̃termittat ſi
gnificare qd eſt. Vnde aliquis poteſt
occultare ſuũ peccatũ ſine pctõ. Alio
modo capitur hypocriſis in ſacra ſcri
ptura ꝓprie. ⁊ ẽ ſimulatio ſãctitatis et
iuſticie quaʒ quis nõ habet. Et ſic hy
pocrita eſt qui p exterioꝛa ſigna facto
rum ſanctitatẽ aut quãcũq̈ virtutem
quã nõ habʒ ſimulat cũ intẽtiõe vt alij
credãt eũ talẽ eſſe. Et talis hypocriſis
ſemp ẽ pctm̃. ſicut ⁊ om̃e mẽdaciũ eſt
pctm̃. Ipſa aũt hypocriſis eſt menda
ciũ in facto. Vñ hypocriſis duo dicit
ſcʒ defectũ ſanctitatis ⁊ ſimulatõʒ ſan
ctitatis ſpũs. Ideo Aug. dic̃ ſup ps.
.lxiiij. Simulata eq̃tas nõ eſt eq̃tas ʒ
duplex eſt iniq̃tas. Eſt em̃ ibi duplex
pctm̃. ſ. in hypocrita. vicʒ iniq̃tas oc
culta ⁊ falſitas ſanctitatis in oſtẽſiõe,

F Hec aũt hypocriſis in q̃nqꝫ ꝑſonis ſe inflectere ſolet ſepiꝰ. Primo in hereticis. de quo Matth. vij. Attendite a falſis ꝓphetis q̃ veniũt ad vos in veſtimẽtis ouiũ. intrinſecus aũt ſunt lupi rapaces. Secũdo in fictis clericis ꝛ religioſis. De q̃bus dr̃. dum ore ꝛ habitu. non corde deo ſe ſeruire oñdunt per xp̄m Math. xv. Hypocrite bene ꝓphauit de vobis. Eſa. xxix. Populus hic labijs me honorat. cor aũt eorum longe eſt a me. Et Matth. xxiij. Ve vobis ſcribe ꝛ phariſei hypocrite qui clauditis regnũ celoꝝ añ hoĩes. vos eñ nõ intratis ſcꝫ male viuendo. necꝫ introeũtes ſinitis intrare. ſ. ꝑ exẽpla mala eos inficiẽdo. Tertio ĩ fictis iudicibꝰ ꝛ ſcabinis ac dñis tp̃alibꝰ. q̃ cum iuſticiã deberẽt defendere. ꝛ ſe h̃ facere ꝑtendant. intrinſecus ſunt pleni dolo ꝛ auaricia. De q̃bus Matth. xxiij. Ve vobis ſcribe ꝛ phariſei hypocrite q̃ mũdatis qđ deforis eſt calicis ꝛ parapſidis. intus aũt pleni eſtis rapina ꝛ immũdicia. Ve vob̃ ſcribe et phariſei hypocrite q̃ ſiles eſtis ſepulcris dealbatis q̃ foris apparẽt hoĩbus ſpecioſa. intus ỽo plena ſunt oſſibus mortuoꝝ ꝛ oĩ ſpurcicia. Quarto in fictis viduis ꝛ virginibꝰ q̃ ĩ delitijs viuentes vel nequitijs alijs ꝑhonorari volũt. Vñ Job. xx. Si aſcẽderit vſqꝫ ad celos ſupbia eiꝰ. ꝛ caput eiꝰ nubes tetigerit. q̃ſi ſterq̃liniũ in fine ꝑdetur. Quito in paupibꝰ ficte mẽdicãtibus De q̃bus Luc. xx. ait Xp̄s. Attẽdite a ſcribis q̃ volunt ambulare in ſtolis ꝛ amãt ſalutatiões in foro ꝛ ꝑmas cathedras in ſynagogis. ꝛ ꝑmos accubitus ĩ ↄuiuijs. q̃ deuorãt domos viduarũ ſimulãtes lõgã oꝛonẽ. hi accipient

G dãnationẽ maioꝛẽ. Sꝫ quõ cogſcitur q̃s hipocrita eẽ. Rñ. Aug. ſup illo Luc. vj. Nõ põt arbor bona fructus malos facere ꝛc. q̃ a tribꝰ cognoſcunt hypocrite. Primũ eſt bonoꝝ oppreſſio vel ꝑſequẽdo. vel detrahẽdo. Oẽs eñ hypocrite detractores ſunt. Secũdũ ẽ facilis rephẽſio alioꝝ. qđ faciũt vt videant h'e celũ. Tertiũ eſt impatientie in aduerſis. Sup oẽs eñ mouent ꝛ offendunt ad cõtumelias ſibi dictas. q̃ꝛ querũt gloriã. ideo dolẽt ad cõtumeliã. Vñ dicit Hiero. Nõ queras gloriã ꝛ nõ dolebis cũ ingloꝛioſus fueris. q̃ laudem nõ appetit. nõ ſentit cõtumelias.

Sed diceres. Sunt ğ H mali religioſi vł clerici hypocrite. Rñ. Tho. Habitꝰ ſanctitatis puta religionis vel clericatus ſignificat ſtatũ quo quis obligat ad opa ꝑfectionis. ꝛ ideo cum quis habituꝫ ſanctitatis aſſumit intendẽs ſe ad ſtatum ꝑfectõnis trãſferre. ſi ꝑ infirmitatẽ deficiat. nõ eſt ſimulatoꝛ vł hypocrita q̃ꝛ nõ tenet manifeſtare ſuum peccatũ ſanctitatis habitum deponendo. Si aũt ad hoc habitum ſanctitatis aſſumeret vt ſe iuſtũ oſtẽderet. eſſet hypocrita ꝛ ſimulatoꝛ. Unde Greg. dicit. xxxj. moral. Sũt nõnulli q̃ ꝛ ſcitatis habitũ tenẽt ꝛ ꝑfectionis merita exequi nõ valẽt. hos nequaq̃ credendum eſt in hypocritarum numero currere. quia aliud ẽ infirmitate peccare. aliđ malicia.

Sꝫ I iterum dubitares. Utrum aliquis ſimulans ſanctitatẽ ad honorem dei et edificationẽ proximi peccet. Reſpondit Pe. de tharentaſia in q̃dlib. Duplex eſt ſimulatio. Quedam q̃ fit ab aliquo vt iniquitas ſua palliet. ꝛ ipſe ab hominibus laudet ꝛ bonus reputetur. ꝛ hec eſt peccatũ. Alia fit ad dei honorem ꝛ proximoꝝ edificationeꝫ. vt ſi aliq̃s religioſus maioꝛẽ religionẽ oſtendit corã ſecularibꝰ q̃ corã ſuis fratribꝰ vt ipſi magis edificent. iſte nõ peccat. ſed meret. hec ille. Exemplum in beato Dñico per quadrageſimã in pane ꝛ aqua cũ ſocio ieiunãte

vt hereticos ↄuerteret. Et ſic epiſcopꝰ
Oxonienſis Didacus olim cõtra he-
reticos Albienſes hortabat abbates
eadẽ intẽtione vt pedes irẽt in paup-
K tate. ¶ Quo ad ſecundũ pncipale no
tandũ ſcḋm Tho. ꝙ hypocriſis ſecũ-
do modo ſumpta. aliqñ eſt pctm̃ mor
tale. ⁊ aliqñ veniale. Qñ aũt ſit mor-
tale vel veniale eſt attendendũ ex fine
quẽ ipm̃ fingẽs intendit. Si nãqꝫ talꝭ
finis eſt cõtra charitatẽ eſt pctm̃ mor-
tale. Sicut cum qs ſimulat ſanctita-
tẽ vt falſam doctrinã ſeminet. in q̃ ſibi
nõ tam cito crederet niſi ſanctus ⁊ iu
ſtus apparẽt. q̃les ſunt cõiter heretici
Propter qḋ dicit dñs Math. vij. At-
tendite a falſis pphis q̃ veniũt ad vos
in veſtimẽtis ouiũ. intrinſecus autẽ
ſunt lupi rapaces. Vel cũ quis ſimu
lat ſanctitatẽ vt dignꝰ adipiſcat eccle
ſiaſticã dignitatẽ. vel vt adipiſcat alia
tpalia quecũqꝫ cũ damno alioꝝ. Vel
ſimulat ſctitatẽ vt familiarior fiat ali-
cui mulieri aliene. vt eã p hoc decipi-
at ⁊ in ſuũ ↄſenſuz alliciat. ⁊ ſic d̓ alijs
hmõi finibꝰ q̃ ſunt cõtra charitatẽ dei
vel pximi. Hec videt eẽ mẽs ſcti do-
ctoris. vñ ⁊ Vdalricus. li. vj. trac. iij.
.c. xxviij. dicit. Cũ aliqs ſimulat ſan-
ctitatẽ quã non hꝫ ppter hoc vt det ei
aliqd Sicut illi de qbus. Matt. xxiij.
dicit. Ve vobis hypocrite q̃ comedi-
tis domos viduarũ. pctm̃ mortale eſt
qꝛ rapit qḋ debet ſancto. quia qḋ dat
ei datur in nomine iuſti. Itẽ qñ talez
ſimulatione facit ex inſatiabili auari-
cia. Si autẽ aliqs p ſua neceſſitate ſi-
mulet ampliorẽ indigentiã q̃ȝ habeat
nõ eſt hoc mortale peccatũ. ſic faciũt
illi cõiter q̃ trutãni vocantur. De his
enim dicit Chryſo. ꝙ talis ſimulatio
potius eſt culpa diuitum q̃ȝ pauperũ
qui ex ſui indigẽtia ad hoc compellũ
L tur. ¶ Si aũt ſm Thom. finis inten-
tus non repugnat charitati. tunc ma-
net veniale. vt cum quis fingit ſolum
quia delectat in ſic fingẽdo. De q̃ dicit
phs. iiij. ethi. ꝙ magis videt vanus q̃ȝ
malus. vel ſi fingeret ppt iocũ. Eadẽ
em̃ ratio de fictione ⁊ mẽdacio. vt di-
ctum ẽ pcedẽti caplo. Tamẽ ſiue hy-
pocriſis ſit veniale ſiue mortale pec-
catum. eſt piculoſum. ⁊ multiplr no-
ciuũ. vt pꝫ pmo ex dbis xpi. q̃ hypo
critas fere p alijs impugnauit. Mat.
.xxiij. ſeptemplicit. ⁊ Matth. vj. Ex-
terminãt em̃ facies ſuas vt appareant
hoibus ieiunãtes. Et Luc. xij. Atten
dite a fermẽto phariſeoꝝ qḋ eſt hypo
criſis. Et Matth. vij. Hypocrita eice
primũ trabẽ de oculo tuo. Scḋo. qa
raro ad melius ↄuertunt. Tum qꝛ ſe
bonos putant alioꝝ laude delectati.
Job. xxxvj. Vincti ñ clamabũt. glo.
qꝛ hũane laudis auiditate ſupati ſan-
ctos ſe eẽ miſeri etiã cum in pctis mo
rent putant. Tum quia ſpũſſanctus
eos fugit ſine quo ↄuerti nõ poſſunt.
Sap. j. Spũſſctũs diſcipline effugiet
fictum. Tum etiã qa diabolus noſcit
eſſe in eis ⁊ dormit. Job. xl. Sub vm-
bra dormit in ſecreto thalami. ſcꝫ in q̃
nullus fructus. ſtips vacuus ⁊ radix
in limo laudis eſt fundatꝰ. Tertio qa
ſunt ſimiles ſterquilinio niue tecto. ſe
pulcris pulcris cadaueribus plenis.
vulpibus quarũ pellis eſt bona ⁊ car
nes inanes. Simoni q̃ angariatꝰ cru
cem dñi portauit. ⁊ vulpi q̃ ſe mortuã
fingit q̃adusqꝫ cornicẽ capiat. Cygno
qui exterius eſt albus. caro autẽ eius
nigra. ¶ Quo ad tertiũ pncipale que M
ritur. Vtrum ironia p quam aliquis
minora de ſe fingit ſit peccatum. Re-
ſpõſio ſm Tho. ſecũda. ij. q. cxiij. Qꝛ
aliquis de ſe ipſo minora dicat põt cõ
tingere dupliciter. Vno modo ſalua
veritate. dum ſcilicet maiora que ſunt
in ſeipis reticent. quedam vo minora
detegunt ⁊ de ſe pferunt. que tamen

in ſe eſſe cognoſcūt. Et ſic minora de
ſe dicere nō ꝑtinent ad ironiā. nec etiā
eſt peccatū ſm genus ſuum. niſi ꝑ ali-
cuius circūſtantie corruptionē. Alio
modo aliquis dicit minora a veritate
declinans. puta cum aſſerit aliquid vi
le de ſe qd̓ in ſe non cognoſcit. aut cuꝫ
negat de ſe aliquid magnuꝫ quod ta-
men ꝑcipit in ſeipſo eſſe. ⁊ hoc ꝑtinet
ad ironiā. ⁊ eſt ſemꝑ peccatū. Unde
Auguſ. li. de verbis dn̄i. Cum humi-
litatis cauſa mentiris. ſi non eras pec
cator anteq̄ꝫ mentireriſ. mentiēdo pec
cator efficieriſ. Et ſi obijcis illō Greg.
ad Auguſtinū anglorum epiſcopū. Bo-
narum mentiū eſt ibi culpas agnoſce
re vbi culpa non eſt. Reſpōdet Tho.
Q ad bonitatē mētis pertinet vt ho-
mo ad iuſticie ꝑfectionē tendat. ideo
in culpā reputat non ſolum ſi deficiat
a cōmuni iuſticia que vere culpa eſt.
ſed etiam ſi deficiat a iuſticie ꝑfectio-
ne que quādoq̄ꝫ culpa non eſt. Nō au
tem culpam dicit quod ꝓ culpa non
recognoſcit. quod ad ironie mēdaciū
ꝑtinet. Nota tn̄ ꝙ ironia ꝑ defectum
ꝓprie opponit̄ iactātie. que ambo cō-
ſiſtunt in verbis. in factis autē videt̄
aliquid opponi hypocriſi ꝑ diminu-
tionē ſuo modo ſicut de ironea.

Capitulum. xvj.

Duodecimo ꝓhibetur preſum
ptio. ſiue ſit nouitatū ſiue alia
Unde Ecc̄. xxxvij. O preſum
ptio nequiſſima vnde creata es. glo.
A a mala volūtate. ſcꝫ deficiente. Ubi
notandū ꝙ ꝑſumptio q̄dam eſt bona
qua ſcꝫ in quibuſdā id quod in nobiſ
eſt facimus et de reſiduo in diuinum
auxilium ſperamus ⁊ de deo ꝑſumi-
mus. Alia mala qua q̄s de ſe iordina
te⁊ nimis ꝯfidit. De vtraq̄ꝫ di. Judith
. vj. Qui non deſeris preſumētes d̓ te
⁊ de ſe preſumētes humilitas. Mala
preſumptio eſt duplex. Quedā voca
tur preſumptio nouitatū. que eſt filia
inanis glorie ſm Greg. Alia eſt pre-
ſumptio reſpectu aliorum illicite q̄ etiaꝫ
non habent nouitatē ſeu āmirationē
ſpecialem. Item q̄dam eſt ꝑſumptio
que eſt peccatū in ſpm̄ſanctū. Alia eſt
peccati alleuiatiua. De q̄bus duab9
habes. ſ̄. in ꝑmo ꝑcepto. videlicet de
ſpe. Eſt igit̄ ꝑſumptio q̄ntuplex. Pri
ma bona de meritiſ vl̓ de dei bonitate
confidētia humilis. Secūda peccati
excuſatiua in parte. ſꝫ bene faciēdi ꝓ-
telatiua. Tertia ꝑſumptio generalis.
Quarta ſpecialis. q̄ dicit̄ nouitatū ꝑ-
ſumptio. Quinta pct̄m in ſpm̄ſanctū
De ꝑſumptione igit̄ nouitatū. Pri B
mo aduertenduꝫ. ꝙ nouitatū inuētio
eſt triplex. Quedā licita ⁊ virtuoſa. vt
modus acq̄rendi ꝑfectionē vite ſpūa-
lis. Sic Samuel cuneos reperit pro-
phetarum. Dauid cantorum numerū. He
lias anachoreſim. in veteri teſtamēto
In nouo Johānes baptiſta. Itē Ma
ria ⁊ Joſeph matrimoniū virgineum
Anthonius monachatuꝫ. vel potius
Chriſtus vel Johannes baptiſta ſm
Chryſoſtomū. Alia eſt vana ſupflua
vel modicū peccatū. vt inutilit̄ in arti
bus laborando. in alchimia ⁊ in alijs
experiētijs vltra q̄ꝫ oportet ſe occupā
do. Tertia ē nouitatū inuētio vicioſa.
qua nouus peccādi modus reperit̄ ꝑ
quem alij ꝓficiētes i malis imbuunt̄
Secundo notanduꝫ ꝙ hoc vicium C
multis generib9 hominū ſe inflectit.
Primo in hereticos. qui de ſuo inge-
nio ꝑſumētes noua cōfingunt. Scd̓o
in religioſos q̄ ꝯtra vl̓ ſupra ſtatuta ſe
niorū ſicut phariſei ſingularia q̄dam
interdū ꝯfingūt viſiones. vt ſcti appa
reāt ⁊ ſimilia. Tertio in artifices me-
chanicos. vt ſutores. ſartores. fabros
⁊ etiā hoies ſe ſupbe veſtiētes. Quar-
to mercatores cū ꝯtrib9 raris. cābijs.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

recemptionibꝰ. vitalicijs. ⁊ ſimilibꝰ va
nis. nã cum ꝑ vſuram manifeſtã lucra
ri nõ audeãt. ꝑ auaros cõtractus tãꝗ
varijs vijs ad lucrũ tendũt. Quinto
iudices ſcabini. aduocati. ⁊ hmõi no-
uis modis iuſticiã defẽdẽtes. Sexto
dñi tẽporales nouos modos illicitos
exactionãdi reꝑientes. in tatijs. i ſtcu-
ris ⁊ in ſimilibꝰ. Septimo clerici ⁊ re
ligioſi nouos modos cantandi thea-
tricos ꝓpt͛ queſtũ vel ob apparentiã
D reꝑiẽtes. ¶ Tertio notãdũ qñ ſit mor-
tale. Nã qñ aliqs ꝓſumit aliqd inue-
nire de ſciẽtia. vt nouos errores. vt ali
os in errorẽ ducat. vl' nouos modos
quibus alios notabiliter depͣmat. vel
exactionẽ indebite inueniat. vel i finẽ
q̃ tendit vt in mortale pctm̃ aliquẽ in
ducat. In his ⁊ alijs qñ charitati dei
vel ꝓximi repugnat. ſic̃ ſupra dictũ ẽ
mortale pctm̃ eſt. Et qꝛ qs particeps
efficit̃ in malis ſequẽtibꝰ q̃ qs primo
inuenit. valde latũ pctm̃ eſt ⁊ ꝑiculo-
ſum nouitatũ inuẽtio illicita. vt inuẽ
tores veſtium ſupbie deſeruiẽtiũ. no-
C uarũ cantilenarũ. ⁊ ſimiliũ. ¶ Quar-
to notandũ ꝙ ꝯ̃uis nõ ſemꝑ ſit pecca
tum mortale nouitatũ inuẽtio. tamẽ
periculoſũ eſt vt oñdunt plura. Pri
mo vt dictũ eſt. ꝙ aliqs tot maloꝝ hic
ꝑ peccata ⁊ in futuro per penas parti
ceps efficitur quot malis alijs futuri
⁊ pñtibus hoibus occaſionẽ ꝑ inuen-
tionẽ nouã amminiſtrat. Secũdo qꝛ
oẽs inuẽtores nouitatũ illicitarũ oẽs
mali fuerũt ⁊ filij hoim. Nam ꝑmus
inuẽtor auaricie fuit Cayn. qui ꝑmus
ciuitatẽ fecit. Geñ. iiij. iniuriã faciẽs
illuc fugit. mẽſuras fecit. ⁊ terminos
in agris ſtatuit. Ab iſto Cayn ſeptio
gradu deſcendit Lamech. q̃ primꝰ bi-
gamiã repit. ⁊ ſic ꝑmus adulter fuit.
Huiꝰ filij ⁊ filie oẽs vere curioſas ar-
tes repererũt. vt habes Geñ. iiij. qꝛ eiꝰ
filiꝰ Jabel pr̃ fuit hitantiũ in tẽtorijs.
Tubalcayn ꝑmꝰ ſculpturas minora-
lium curioſas fecit. Noema filia. pri-
mo variam texturã reperit. cum a ꝑn
cipio a deo animaliũ pellibꝰ cooperi-
mẽta fuerint ordinata. Tubal ipſe fu
it pater canentiũ in cithara ⁊ organo
Hec oia Geñ. iiij. ⁊ li. ij. ſpecu. hiſto.
Vincẽtij. Hi etiã cũ oi ſua cognatio
ne diluuio interierũt. Tertio. qꝛ oms
qui poſtea auxerũt. vl' dilatauerũt no
uitatũ inuẽtiones mali fuerũt ⁊ miſe
rabiliter mortui. vt ex martiniana patꝫ
hyſtoria. vbi legit̃. ꝙ Tullius hoſtiliꝰ
tertius de primis regibꝰ rhomanoꝝ
ſcꝫ poſt rhomulũ ſecũdus. q̃ primus
purpura eſt vſus. ⁊ tandem cum tota
domo ſua fulmine arſit. Nero impe-
rator qntus ab Octauiano q̃ piſcaba
tur retibus aureis q̃ ſericis funibꝰ ex
tendebant. nullã veſtem bis induit. ſo
leas argẽteas mulis fecit. tãdẽ a rho-
manis de palatio fugatꝰ extra rhomã
ſeipm interfecit ⁊ a lupis dr̃ cõmeſtus
Aurelius imperator rhomanꝰ primus
apud rhomanos diadema capiti in-
nexit gemmis. fulmine corripit̃ ꝫ nõ
morit̃. tandẽ fraude ſui ſui occiſus ẽ.
Diocleciãnus imperator primꝰ gẽmas
veſtibus calciamẽtiſq́ʒ immiſit. cũ oẽs
retro principes ſola purpura vterent̃
tandẽ veneno perijt. Tarquinꝰ ſuper-
bus rex rhomanoꝝ a Rhomulo ſepti
mus. excogitauit. oia tormentoꝝ ge-
nera. cathenas. tormẽta. carceres. cõ-
pedes. exiliũ. ⁊ hmõi. hic ꝓpt͛ Tarqui
niũ filiũ ſuũ q̃ Lucreciã nobilẽ femi-
nam corrũpit a regno ⁊ a rhoma ẽ ex-
pulſus in exilium. hec de Martinia-
na. Itẽ Simõ magꝰ volare volẽs cor
ruit. Item Erbierꝰ monachus poſtea.
ꝑmo iuuenis ingenioſus volare vo-
lens cecidit nõ mortuꝰ. ꝫ ꝯfractis pe-
dibus. vt refert Vincẽtius in ſpecu.
hyſto. Ecce quomõ oms curioſitatũ
inuẽtores grauiter puniti ſunt.

Capitulum.xvij.

a T Redecimo hic ꝓhibet precio
ſitas veſtiū q̄ ex ſupbia.inani
gloria vel ex preſumptiōe pro
cedit. Modeſtia eni vt Ambro.li.j.de
offi.dicit.circa exteriorē cultū ſeu or
natum cōſiſtit cui opponit immode
ſtia. Circa qd primo videndū de illici
tis veſtimentis. Scdo de his q̄ diſſua
dēt taliū ſuperbiā. Tertio an vilitas
veſtiū ſit laudabilis. Primum ad pmū
eſt dubiū. vtrū circa exteriorē ornatū
poſſit eſſe virtus ꝛ vicium. Rñ. Tho.
ſecūda.ij.q.clxix. In ipſis rebꝰ exteri
oribus quibus homo vtit non ē aliqd
viciū ſed ex parte hominis q̄ immo
derate vtitur eis.ſed quia quidā dicūt
ꝙ cū in corde ſit virtus.nō aūt in veſti
bus.poteſt quis eque deferre tunicā
precioſam.ꝛ in habitu ſeculari latere
cor humile.ſicut in humili veſte econ
uerſo ꝛ ouili cor lupinū pōt latere. Id
b circo tria ſunt notanda. Primo ꝙ
circa exteriorē veſtitum virtutes cōſi
ſtunt ſiue exercentur.qꝛ licet oēs vir
tutes ſubiectiue ſint in aīa ꝛ eſſentiali
ter. tñ circa actus exteriores exercent
qui eorū ſunt materia. Exempli grā.
Miſcdia eſt mētis habitus. ſed in di
ſtributiōe pecuniarū exercet.ſic fides
cōfeſſione. Sic etiā humilitatē ꝛ ſim
plicitatē nominat Andronicus.dicit
Thom. Habitus moderatiuos veſti
mentoꝝ. Vñ ſicut ſtultū ē dicere. Si
cor eſt miſericors nulla vis de operi
bus miſericordie exterioribus. Sic ēt
dicit.iiij.eth. Eutropelia ponit habi
tus modificatiuus verboꝝ vel factorū
ſolatioſoꝝ. Scdo nota ꝙ ꝑ exteriorē
veſtitū virtutes mēti adeſſe cōproban
tur. Vñ ſi humiliter in veſtimēto pro
cedis. ex corde hoc manauit. dicente
Bernardo in apollogetico. Ex cordis
theſauro ſine dubio procedit quicqd
foris apparet viciorꝝ.ſcꝫ ſiue virtutū.
Vñ ſi pcioſitꝫ defers veſtitū de corde
vicioſo pceſſit. Nā ſm phm.ij.ethic.
habitꝰ ſemꝑ inclināt ad actꝰ ex quibus
generant. Tertio notādū ꝙ ꝑ exterio
rem veſtitū virtutes acquirunt.ptꝫ.qꝛ
ſtudēdo ꝛ legēdo ſciētia acquirit. Et
eadē rōne humilia veſtimēta portan
do humilitatis habitus acquirit. ptꝫ
igit ꝙ fatue dicāt qui inquiūt. Si cor
bonū eſt nulla vis erit in veſtimento.
Dubitat ſcdo. Vtꝝ veſtes pcioſas C
deferre ſit pctm̄. Rñdet ꝙ ſic. Vñ ſup
illo Luc.xvj. Induebatur purpura ꝛ
byſſo.dicit glo Gregꝫ. Si cultus pci
oſarū veſtiū in culpa nō eēt ſermo dei
nō tam vigilāter exprimeret. ꝙ diues
purpura ꝛ byſſo indutus apd inferos
torquebat. Et ꝓbatur rōne. Quia pci
oſum dicit relatiue.ꝛ ita ſonat precio
ſitas in exceſſū ꝓprij modi.immo in
cludit corruptionē modi circa propri
um ſtatū. ſꝫ corruptio vel exceſſus mo
di ē pctm̄.dicit Augꝫ.li.de natura bo
ni.pctm̄ conſiſtit in corruptiōe boni.
qd conſiſtit in modo.ſpecie ꝛ ordine.
Dicit tñ Tho. vbi.ſ. Si illi qui in D
dignitatibus cōſtituunt.vel etiā mini
ſtri altaris precioſioribus veſtibꝰ ꝙ ce
teri induunt.hoc nō eſt ꝓpter ſui glo
riam.ſed ad ſignificandū excellentiā
ſui miniſterij vl' cultus diuini. ꝛ ideo
in eis non eſt vicioſum. Et ſm Pe.de
pa.in.iiij.diſ.xxiiij. precioſa veſtis ad
pompā mundi eſt in culpa.ſed ad ho
norē dei portata ē latria. De hac ma
teria dicit Alexander de hal.in ſūma
ſic. Vti pcioſis veſtibꝰ eſt in ſe malū.
eo ꝙ vſus veſtis dꝫ eſſe ad neceſſitatē.
nō ad curioſitatē vel voluptatē. pcioſi
tas aūt veſtis curioſitatē dicit. ꝛ iō in
ſe malū eſt. Vñ.j.Timoth.vj. Habē
tes alimēta ꝛ quibus tegamur his cō
tenti ſimus.glo. Qui vltra tendit ma
lū inuenit. Pōt aūt bñ fieri vt cum ali
quis vtit precioſis veſtibus ex officio

dignitatis. vt reges ⁊ nobiles ⁊ eis aſſi
ſtẽtes. qui licet paupes ſint. vtunt̃ tñ
precioſis nõ ad oſtentationẽ ſui vl' ho
norẽ ꝫ ad honorẽ dñorũ ſuoꝝ. Silr ⁊
mulieres cũ vtunt̃ ꝑcioſis veſtib⁹ non
ad oſtentationẽ ſui vel ad voluptatez
carnis. ꝫ tm̃ vt placeant viris ſuis. vti
precioſis nõ eſt eis pctm̃. Et ſi dicis ꝙ
oĩa facta ſunt ꝓpter hoĩem. Dicenduz
licet hoc verũ ſit. tamẽ ꝑcioſitas veſtiũ
nõ eſt facta ꝓpt̃ ſtatũ oĩm hoĩm. ꝫ ꝓpt̃
eos quib⁹ cõuenit ex officio dignitat̃
hec Alexander de hal'. Et poſt pauca
dicit. Et licet mulieres ornari auro et
margaritis in ſe malũ ſit ꝓpter cõiun
ctionẽ actus ad materiã indebitaz. eo
ꝙ mulier cũ ſit facta ad dei imaginez
nõ dz querere decorem ex artificio. tñ
qñ de voluntate maritorũ faciũt. vt cõ
ſeruẽt eoꝝ grãm. vel vt morẽ regionis
vel ciuitatis obſeruẽt cũ modeſtia tñ.
vel vt gradũ dignitatis obſeruẽt. excu
ſant̃ a peccato. Sicut de Heſter legit̃
Heſter. v. ꝙ induta erat regalibus in-
dumẽtis. Habebat etiã coronã in ca-
pite ſuo. quã nõ geſtabat cauſa ſuper-
bie. ꝫ vt gradũ dignitatis obſeruaret.
E Heſter. xiiij. hec ille. ¶ Sed qd de vir-
ginibus vel de illis q̃ maritos nõ hñt.
Rñ. idem. Si virgo nõ ꝓponat nube-
re. peccat grauiter ſe ꝑcioſis ornando
niſi hoc faciat vt cõſeruet gradũ digni
tatis. qꝛ in tali virgine dz eſſe ornatus
ſimplex non ꝑcioſus. ſicut dic̃ Hiero.
que ſcꝫ neſciat eſſe pulcra. ⁊ que negli
gat forme bonũ ⁊ ꝓcedẽs ad publicũ
nõ pectus aut collũ denudet. nec pal-
lio reuelato ceruicem operiat. ſed que
celet faciẽ. Virgo eñi dũ virgo eſt co-
gitet que dei ſunt. vt dicit̃. j. Corĩ. vij.
Si aũt ꝓponit nubere nõ peccat ſe pre
cioſis ornando vt placeat illi cui ꝓpo
nit nubere. moderate tñ. vt nõ ꝓuocet
ad libidinez ꝫ in ſe habeat decentiam
muliebrẽ. Vñ. j. Coꝛ. vij. Virgo non
peccat ſi nubat. ergo nec ornando vt
nubat. hec ille. Huic cũcordare videt̃
Aug⁹. ad Poſſidoniũ in epl'a. Nolo
inqt de ornamẽtis auri vel veſtis pre
properã habeas in ꝓhibendo ſenten-
tiam. niſi in eos q̃ neqꝫ coniugati ne-
qꝫ ꝯiugari cupientes cogitare debent
quõ placeãt deo. Illi aũt cogitãt que
ſunt mũdi quõ placent. vel viri vxori-
bus. vl' mulieres maritis. niſi ꝙ capil
los nudare feminas quas etiã velare
caput apoſtolus iubet nec maritatas
decet. ¶ Ex premiſſis patet ꝙ precio- F
ſitas veſtiũ nouẽ generibus hominũ
plus ⁊ minus ꝯcedit̃. Primo ſacerdo
tibus in diuino officio ꝯcedit̃. ⁊ in eis
eſt cultus latrie. ⁊ quibus cõpetit ex
officio dignitatis. ſicut dñs papa. vt
dicit Alexander vbi prius. vtit̃ precio
ſis ex officio dignitatis ſcilicet roma-
ni imperij. quã dignitatẽ Cõſtantin⁹
dicit̃ romane eccleſie ꝯtuliſſe. vnde in
ſignum huius dñs papa defert ſigna
imꝑialia. Secũdo reges ⁊ nobiles et
eis aſſiſtẽtes etiã ſi ſint paupes. Ter-
tio quicũqꝫ alius qñ hoc exigit cõſue-
tudo regionis. ⁊ mores eorũ inter q̃s
aliqui viuũt. tũc eñi poſſunt precioſis
veſtibus vti. ſm Tho. ⁊ Alexan. Vñ
diſ. xlj. dicit̃. Sicut i cibis mores eoꝝ
cũ quib⁹ viuim⁹ obſeruare monemur
ſic de indumẽtis intelligẽdũ ẽ. ⁊ loqt̃
ſpecialiter de clericis. Clerici etiã qui
nõ hñt de pꝛimonio crucifixi. ꝫ tm̃ vi-
uunt de ꝓprio pꝛimonio pñt vti ꝑcio-
ſis veſtib⁹ ea intẽtõe vt ſeruẽt gradum
ſue nobilitat̃. Qui ãt viuũt de patri-
monio crucifixi. vl' ſũt in ſacr̃ ordini-
bus ꝯſtituti. peccãt vtẽdo veſtib⁹ ꝑcio
ſis niſi eis ꝯpetat ex officio dignitat̃.
vt de papa dictuz fuit. Vñ ſuper illo
Math. iij. Johannes habebat veſti
mentũ. gloſa. Seruus dei non debet
habere veſtimẽtũ ad decorẽ vel ad de
lectationẽ: ꝫ tm̃ ad tegendũ nuditatẽ

Et.xxxj.q.iiij. Dis iactātia ⁊ iactura
corporalis aliena eſt a ſacrato ordine
Dēs ğ epos ⁊ clericos q̄ ſe fulgidis ⁊
claris veſtimētis ornāt. emēdari opor
tet. Itē diſ.xlj.pſimoniā cum veſte hu
mili nō reprobam⁹. ſicut ⁊ ornatu ꝓ
ter corpis diligentiā infucatū lauda-
mus. diſſolutos ⁊ fractos veſtib⁹ nō
recipim⁹. Nec obſtat illud.j. Pe.ij.
Vos eſtis genus electū regale ſacer-
dotiū. Ex q̄ videt̄ ꝙ cū habeāt dn̄atio
nē in pplo. rōne dn̄ationis pn̄t vti ve
ſtibus ꝓcioſis. Rn̄. ꝙ licet aliq̄ habe-
ant dn̄ationē in pplo. q꞉ tn̄ eis data ē
in elemoſynā. nō tenent̄ cauſa dn̄atio
nis talis vti veſtib⁹ ꝓcioſis. pn̄t tamē
clerici vt ꝑmiſſum ē veſtibus ꝓcioſis
vti ex officio dignitatis. vel ſm̄ patrie
cōſuetudinē. moderate tn̄. ⁊ his exce-
ptis q̄ expreſſe ꝓhibent̄ ex.iij. de vita
⁊ honeſta.cle. vbi dicit̄. Pannis ru-
beis aut viridib⁹ clerici nō vtant̄. Cor
rigias auri vł argenti ornatū habētes
non ferant ſed neqꜫ annulos niſi qui
bus cōpetit ex officio dignitatis. hec
oia Alexan. Quarto coniugate poſ-
ſunt vti veſtimētis notabilib⁹ ſm̄ ſuū
ſtatum. Quinto virgines nupture vt
vt dictū eſt. Sexto virgines nobiles.
etiā nō nupture. Vn̄ Cecilia intus ci
licio ⁊ extra aureis veſtibus tegebat̄.
Septimo vidue nupture eadēꜫ rōne.
ſicut virgines nupture. Octauo hu-
mili habitu ⁊ decenti vti debēt virgi-
nes ⁊ vidue in caſtitate viuere volētes
non ſupbo. Nono religioſi minime.
Dubitat̄ tertio quot modis in ve-
ſtitu quis peccare poſſit. Rn̄ ſꝫ Tho.
multipliciter. tam in imoderātia q̄ꝫ in
defectu. inter que virtus mediū tenet
que modeſtia dicit̄. Igitur peccatur
duodecim modis in imoderātia. Pri
mo modo per compatiōnē ad conſue
tudinē hominū cum quibus aliquis
viuit. Vn̄ dicit btūs Aug⁹.iij. confeſ.

Que cōtra morē hominū ſunt flagi-
cia ꝓ morum diuerſitate vitāda ſunt
vt pactū inter ſe ciuitatis ⁊ gētis ꝯſue
tudine vł lege firmatū nulla ciuis aut
peregrini libidine violet̄. Turpis em̄
eſt pars oīs vniuerſo ſuo non con-
gruēs. Ex q̄ pꝫ. ꝙ peccant nouarū in-
ciſionū inuētores in veſtib⁹ ⁊ aliis pe
regrinis modis ſe veſtiētes. q꞉ contra
cōſuetudinē faciunt. Et ſub iſto ꝯtine
tur extraneitas veſtiū .i. cum q̄s vult
hr̄e veſtes aliis diſſil'es. Vn̄ Sopho-
nie.j. Viſitabo ſup ꝓncipes ⁊ ſup fi-
lios regis ⁊ ſup oēs q̄ veſtiti ſunt ⁊ in
duti veſte. ꝑegrina. Scd̄o modo pōt
eſſe imoderatio in vſu taliū rerū ex in
ordinato affectu mentis. ex quo q̄nqꜫ
cōtingit ꝙ hō nimis libidinoſe vtatur
talibus. ſiue ſm̄ ꝯſuetudinē eoꝝ cum
quibus viuit. ſiue etiā preter eoꝝ con
ſuetudinē. Et fit ꝑ ſupabundātiaꝫ tri-
bus modis. Vno modo ꝑ hoc ꝙ ho-
mo ex ſupfluo cultu veſtiū gloriā ho-
minum querit. prout ſcꝫ veſtis ⁊ alia
huiuſmodi ꝑtinent ad quēdam orna
tum. vt patuit in ꝓbatione ꝑ Grego.
in ſecundo dubio. Nemo quippe ve-
ſtimēta precipua vel ꝓcioſa ſcilicet ex-
cedentia ſtatum ꝓpriuꝫ niſi ad inanē
gloriā querit. Nemo vult etiā ibi pre-
cioſis veſtibus indui vbi a nemine pt
videri. Quarto modo ſm̄ ꝙ homo ꝑ
ſupfluum cultū veſtiū querit delitias
ſm̄ ꝙ veſtes ordinant̄ ad corpis fomē
tū. Et ideo mollities veſtiū eſt vicium
De quo Matth.xj. Qui mollib⁹ ve-
ſtiunt̄ in domib⁹ regū ſunt. vbi Gre-
go. Nemo eſtimet influxu atqꜫ in ſtu
dio ꝓcioſarū veſtiuꝫ pctm̄ deeſſe. q꞉ ſi
hoc culpa nō eſſet. nullo mō dn̄s Io-
hannē de veſtimēti ſui aſperitate lau
daſſet. Hanc mollitiē Chryſoſto. ſup
apłm etiaꝫ in mulierib⁹ reprobat eas
oñdens non ſemꝑ naturaliter delica-
tas eē. ſꝫ ex ꝯſuetudie mala vt apparet

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in ruſticis feminis dura ſuſtinētibus
⁊ in delicatis virginib⁹ ꝗ cilicio corp⁹
domabant. Quinto mō ſm ꝙ nimiā
ſollicitudinē ꝗs apponit ad exterioꝝ
veſtium culturā. etiā ſi nō ſit aliq̄ inor
dinatio ex parte finis. Vn̄ in vitaſpa-
trū ꝗdam pater videns ornatā mere-
tricē flevit. ⁊ querētib⁹ cām ait. Due
res me flere faciūt. iſtius mulieꝝ ꝑdi
tio ⁊ ꝙ deo meo nūꝗ̄ tāto ſtudio meā
aīam ornavi. Itez de ſctō Nōno epō
ibidē ſimilit̄ legit̄. ꝙ viſa ornatiſſima
meretrice Margareta noīe. flevit ob
ſecundā cauſam dictā. Has ꝗ̄ꝗ̄ po-
nit Tho. Sexto ſupfluitas in q̄ntitate
cōtinua. vt ſunt ꝗ nimis lōgas veſtes
portant. terram coopientes. pulueres
ſuſcitātes. pulices colligētes. ⁊ demo
nes interdū vehētes. Exemplū de pa
tre vidente diabolū ridere a quo cām
querens. Rn̄. demon. Sociū meū in
cauda mulieris equitātē vidi. ⁊ intra-
ctu lutum incidere. Et ď alio ſolitario
legim⁹. ꝙ ꝓ paupertate matta veſtē pro
longavit. ⁊ vocē audiuit. Si ampli⁹
poſſes grandiora faceres. Sic ꝗdam
viri vt longiores ſint faciūt. ⁊ calope-
dia alta induūt. cōtra quos ps̄. Nec
in tibijs viri beneplacitū erit ei. Et. j.
Reg. xvj. cum pater Dauid preſenta-
ret heliab ꝓmogenitū tanꝗ̄ regno di
gnum Samuel dixit de⁹ ad Samuel
Ne deſpicias vultum eius ⁊ altitudi-
nem ſtature eius qm̄ abieci eum. nec
iuxta intuitū hominū iudico. Septi-
mo ſupfluitas in q̄ntitate diſcreta qui
volunt habere diuerſa paria veſtiū. et
potius a tineis comedi ꝗ̄ xp̄m indui
cōtra quos Jacobi. v. Agite nūc divi
tes ⁊ plorate vlulantes in miſerijs ve
ſtris ꝗ evenient vob̄. divitie vr̄e putre
facte ſunt ⁊ veſtimēta vr̄a a tineis cō-
meſta. Bern̄. Clamāt nudi. clamāt fa
melici. cōqueruntꝰ vob̄ frigore ⁊ fame
miſerabilit̄ laborātes. ꝗ ꝓferāt tot mu
tatoria veſtiuꝫ extenſa in perticis vel
plicata i manicis. ¶ Octavo materie
preciositas in ſerico. auro vel argēto.
Vbi nota quō defecit in curioſitate
humana induſtria. Primo fuit veſtis
pellis cum lana. qꝛ Gen̄. iij. dr̄. Fecit
deus Ade ⁊ vxori ſue tunicas pellice-
as. Scdō ꝓceſſit ad puram lanā que
levior ē pelle. quā artē. Noema repe-
rit filia Lamech primi adulteri. Ter-
tio ꝓceſſum eſt ad cortices herbarū.
ſcꝫ ad linum. Quarto ad ſtercora ver-
mium. ſ. ſericuꝫ. Quinto ad aurifigiū
⁊ ad lapides ꝓcioſos. ꝗ nūꝗ̄ vivi fue
runt. nec pars rei viuētis. Nono colo
ris varietas. Nam clericis ꝓhibet̄ co
lor viridis. ⁊ rubeus ⁊ varius. Nō qꝛ
deus naturā velleris in neutro ſic co-
lorauit. Exemplū. Quedā devotiſſi-
ma vgo talia ferre noluit dicēs. Quis
que nunꝗ̄ peccavit naturali conten-
tat̄ colore. Cur ego ꝗ peccavi vtar pre
cioſo: Decimo veſtē habendi iniuſta
importunitas. Volētes em̄ veſtiri ſu-
perflue. occaſionē dāt ꝙ pecunia acq̄
rit̄ arte illicita. Vn̄ Hiere. ij. In alis
tuis inuētus ē ſanguis aiarū paupeꝝ
⁊ innocētū. Vndecimo ex parte defe
ctus habit⁹ ſit repꝓhēſibilis dupl̄r dic̄
Tho. ſm affectū. Vno mō ex negli-
gligētia hoīs ꝗ nō adhibet ſtudiū vel
laborē ad hoc ꝙ exteriori ornatu vtat̄
ſm ꝙ oportet. vn̄ phs dicit. vij. ethic̄.
ꝙ ad mollitiem ꝑtinet ꝙ aliꝗs trahat
veſtimentū ꝑ terrā. vt nō laboret ele-
uādo ipm. Alio mō ⁊ ē duodecimus
ex eo ꝙ ipm defectuꝫ exterioris cult⁹
ad gloriā ordinat. vnde dicit Aug⁹. in
ſmone dn̄i in monte. Non in ſolo re-
rum corporearū nitore atꝗ̄ pompa. ſꝫ
in ipſis ſordib⁹ ⁊ lutoſis eē iactantiā.
⁊ eo ꝑiculoſiorē ꝗ ſub noīe ſervitutis
dei decipit. Et phs dic̄. iiij. ethi. ꝙ ⁊ ſu
perabūdantia ⁊ imoderat⁹ defect⁹ ad
iactantiā ꝑtinet. Ideo de btō Augus.

dicit. ꝙ nec veſtes nimis ꝑcioſas. nec nimis abiectas habere voluit. quia in vtroqꝫ hoies ſuam gloriā querunt.

Capitulum. xviij.

A Dubitatur vtrū mulieres peccent mortaliter in ſuperfluo ornatu. Rñ. Tho. vbi ſupra. Circa ornatum mulierū ſunt eadē attendenda. que ſupra cōmuniter dicta ſūt circa exteriorē cultum. videlꝫ quinqꝫ prima. ⁊ duo vltima. ⁊ inſup quoddā aliud ſpeciale. ſcilicet ꝙ muliebris cultus viros ad laſciuiam prouocat. ſm illud Prouer. vij. Ecce mulier occurrit illi i ornatu meretriceo ꝑparata ad capiendas animas. Poteſt tamē mulier licite operam dare ad hoc vt viro ſuo placeat ne ꝑ eius contemptum in adulteriū labatur. Vnde. j. Cor. vij. Mulier q̄ nupta eſt cogitat que mūdi ſunt. quomodo placeat viro. Et idō ſi mulier coniugata ad hoc ſe ornet vt viro ſuo placeat. pōt hoc facere abſqꝫ peccato. Vñ. j. Thimot. ij. dicit apl's Mulieres in habitu ornato cū reuerentia ⁊ ſobrietate ornantes ſe non in tortis crinibus. nec auro. nec margaritis. aut veſte ꝑcioſa. per qḋ dat intelligi ꝙ ſobrius ⁊ moderatꝰ ornatus non ꝓhibetur mulieribus. ſed ſuperfluus ⁊ inuerecūdus ⁊ impudicus. Ille aūt mulieres que viros nō habent nec volunt habere. ⁊ ſunt in ſtatu non habēdi. non poſſunt abſqꝫ peccato appetere placere viroꝝ aſpectibus ad cōcupiſcendū. qꝛ hoc eſt dare eis incentiuū peccandi. Et ſi quedā hac intentione ſe ornent vt alios ꝓuocent ad cōcupiſcentiā. mortaliter peccant. Si āt ex q̄dam leuitate vel ex vanitate ꝓpter quandā iactantiā. nō ſemp eſt mortale petm̄. ſ꙯ qn̄qꝫ veniale. Et eadē ratio eſt q̄tum ad hoc de viris. Et licet mulieres caput nudantes a peccato poſſint excuſari. qn̄ hoc non fit ex aliqua vanitate ſed ꝓpter terre ꝯſuetudinē. tn̄ cōſuetudo talis non ē laudabilis. hec Tho. B Sꝫ q̄d de religioſis. Rñ. Vlricus lib. vj. tracta. ij. c. x. Precioſitas veſtiū vel ornatus tūc ē mortale peccatū cū eſt ꝯtra ꝓfeſſionē alicuiꝰ. ſicut cū aliq̄ moniales ꝓfeſſe paupertatē ⁊ ſeculi abrenunciationē ornant ſe ad modū theatricarū mulierū. vel etiā monachi abiecto habitu religiōis ſue deferūt habitum clericoꝝ ſecularium. vel cū hoc ꝓcedit ex ſupbia damnabilit. vl' ordinat ad ꝓuocandū alios ad cōcupiſcentias illicitas. Inexcuſabiles aūt ſunt mulieres cū a viris ꝓhibite nihilominꝰ immoderate ſe ornāt. Pꝫ em̄ ꝙ tūc faciūt ex ſupbia vl' ex libidine. peccata aūt oim̄ habentiū incitamentū libidinis ex tali ornatu redundant in talē ꝑſonam ꝑ aggrauationē culpe. hec Vlricus. C Sed quō tenebit ſe vxor ꝓpter maritū ſuū ſe ornans ne peccet aliis occaſio ruine exiſtēdo Rñ. Durā. in. iij. diſ. xxxvij. Nō ſolū peccat q̄ dat aliis directe occaſiōꝫ peccādi. ſ꙯ etiā qui ſciēter ⁊ abſqꝫ iuſta neceſſitate ꝓponit alicui materiam vnde ſumit occaſionē peccādi. maxime qn̄ credit eū diſpoſitū eē ad tale peccatū. Verbi grā. Si mulier credit aliquē male diſpoſitū ad ꝯcupiſcendū eam. ſi ſciēter ⁊ abſqꝫ neceſſitate iuſta vl' debita vtilitate ꝑſentet ſe ei. peccat. Vnicuiqꝫ em̄ deꝰ mandauit de ꝓximo ſuo nō aūt diſplicet ſatis alicui damnatio ꝓximi q̄ ſciēter ꝓponit ei materiā vnde ſumit occaſionē peccādi. D Sꝫ nūquid eſt mortale peccatū viris induere muliebria veſtimenta. ⁊ econuerſo mulieribꝰ induere veſtimētum virile. Rñ. Alexāder vbi. ſ. Virū indui muliebri veſte ⁊ mulierē veſte virili i ſe malū ē. eo ꝙ vtriqꝫ ſexui diuerſa indumēta dedit nā. vt dr̄ Deut. xxij. i glo. ſup illud. non induetur ⁊c. tamē excuſat

a peccato cū3 aliq̄s hoc facit cauſa ne-
ceſſitatis. vt ſi q̄s q̄reret ad morte3. ⁊
vt occultaret veſtimentū acciperet muli
ebre. vel cū mulier vt ſeruet corpis ca-
ſtitatē. veſte virili induit. Sicut legit
de beata Marina ⁊ btā Eugenia. Cū
aūt hoc fit ex cōſuetudine vt poſſit li-
centius libidinē ſuā implere vir cum
mulierib⁹ ⁊ mlier cū viris. ſicut aliqn̄
factū eſt. vel cū hoc fit vt alij hoc vidē-
tes ad libidinē ꝓuocent. mortale pec-
catū ē. hec Alexan. Concordat Tho.
vbi ſ̄pus dicēs. Cultus exterior ↄpete-
re d3 cōditioni ꝑſone ſm cōem cōſue-
tudinē. ⁊ iō de ſe viciosum ē q̄ mulier
vtat veſte virili. vel ecōuerſo. Spāliter
aūt hoc ꝓhibet in lege Deutronō. xxij.
q2 gētiles tali mutatione habitus vte-
bant ad idolatrie ſupſtitionē. Pōt tn̄
hoc q̄nq3 fieri ſine pctō. ꝓpt aliquā ne-
ceſſitatē vel cauſa occultādi ab homi-
nibus. vel ꝓpter defectū alterius veſti-
menti. vel ꝓpter aliqd̄ aliud hmōi. hec
E Tho. ¶ Se3 quid de mulieribus ſe co-
lorātibus vel alia figmēta ad apparē-
tem pulcritudine3 adhibētibus. Rn̄.
Cyprianus libro de habitu virginum
Nō virgines tm̄ aut viduas. ſ3 etiā nu-
ptas. puto etiā oēs feminas oīno eſſe
admonēdas q̄ opus dei ⁊ facturā ei⁹
⁊ plaſma adulterare nullo mō debe-
ant adhibito flauo colore vl̄ nigro pul-
uere vel rubore. aut quolibet lineamē-
ta natiua corrūpente medicamīe. ma-
nus deo offerūt qn̄ illd̄ qd̄ ille forma-
uit reformare contēdūt. Impugnatio
iſta diuini opis ē preuaricatio ⁊ verita-
tis. deū videre nō poteris cū oculi tibi
nō ſint q̄s de⁹ fecit. ſ3 quos diabolus
infecit. de inimico tuo tenta cum illo
pariter arſura. Vbi Tho. dicit. Fuca-
tio de q̄ loquit Cyprian⁹ eſt quedam
ſpēs fictiōis q̄ nō pōt eē ſine peccato.
q̄ etiā vt nō dubitat Aug7. in epl̄a ad
Poſſidoniū. ipis maritis nolētib⁹ de-

cipi diſplicet. nō tn̄ ſemꝑ talis fucatio
eſt pctm̄ mortale. ſ3 ſolū qn̄ fit ꝓpter la-
ſciuiā vel in dei contemptū. de quib⁹
caſibus loquit Cyprianus. Sciendū
tamē q̄ aliud eſt fingere pulcritudinē
nō habitā. ⁊ aliud ē occultare turpitu-
dinē ex aliq̄ cauſa ꝓuenientem. puta
egritudine vel aliquo hmōi. Hoc em̄
eſt licitū. q2 ſm aplm̄. j. Cor. xij. Que
putamus ignobiliora mēbra eſſe cor-
poris. his honorē abūdantiorē circū-
damus. ¶ Querit vtrū artifices orna- F.
mentoꝝ ſupfluoꝝ prefatoru3 factores
peccēt mortalit. Rn̄. Tho. ibidē. Siq̄
eſt ars ad faciendū opa aliqua quib⁹
hoīes vti nō poſſunt abſq3 peccato. ꝑ
cōſequēs artifices talia faciēdo pecca-
rent. vtputa prebētes directe alijs oc-
caſionē peccandi. puta ſiq̄s fabricaret
idola. vel aliqua ad cultū idolatrie ꝑ-
tinentia. Siqua v̄o ars ſit cuius opi-
bus poſſunt hoīes bene vel male vti.
ſicut gladij. ſagitte. ⁊ alia hmōi. vſus
taliū artiū nō eſt peccatu3. Et he artes
ſole ſūt dicēde ſm Chryſo. ſup Matt.
Si tn̄ opibus alicuius artis vt pluri-
es aliq̄ male vterentur. q̄uis de ſe nō
ſint illicite. ſunt tamē ꝓpter officium
principis a ciuitate extirpāde ſm do-
cumēta Platonis. Quia ergo muli-
eres licite ſe poſſunt ornare. vel vt cō-
ſeruent decentia3 ſui ſtatus. vel aliqd̄
etiā ſupaddere vt placeāt viris. conſe-
quens ē q̄ artifices taliū ornamētorū
nō peccant in vſu talis artis. niſi forte
inueniēdo aliq̄ ſupflua ⁊ curioſa. Vn̄
Chryſoſto. dicit ſup Matth. q̄ ab arte
calceoꝝ ⁊ textoꝝ multa abſcindere o3.
etem̄ ad luxuriā deduxerūt neceſſita-
tem ei⁹ corrūpētes artē male arti com-
miſcētes. hec Tho. Alexander vbi. ſ.
dicit. Qui viris faciūt indumēta mu-
liebria ⁊ mulieribus virilia vt ſe inuicē
magis excitent ad luxuriā ⁊ vt licenti⁹
poſſint explere libidinē tales artifices

peccāt mortaliter. De talibus loqtur
Chryſoſto. cum inquit. Viros in mu-
lierū formas deducāt ⁊ molleſcere fa-
ciant ꝑ calciamēta laſciuie cū ſuꝑfluiſ
⁊ nociuis eas arceri ſtatuimus. Et lo-
quitur de arte textoria. qua fiunt veſti
menta viris. ⁊ arte ſutoria qua fiūt eis
calciamēta muliebria. hec Alexander
G Sȝ nūquid ſi artifex requirat ⁊ pe-
tatur vt ſibi faciat veſtē vane diſpoſi-
tionis curioſam vel vanam nouiter in
uentā. ⁊ ſic de domibꝰ ⁊c. nūquid ꝓpt
lucrū debet facere talibus: Rñ. magr
Henricus de haſſia in lectura ſuper
Geñ. ꝙ artifices nō debēt eſſe talium
veſtiū excogitatores. ⁊ a fortiori non
talium factores. niſi forte caſus ſpālis
qñꝙ aliud expoſcat. Ratio eſt. qꝛ nul
lus debet aliū ad vanitates ꝓuocare.
nec ad ſuꝑfluos ſumptus occaſiona-
re. nec quicꝙ̄ iuuare dȝ vt vani hoies
ſuas adinuētiōes friuolas ⁊ cogitatꝰ
noxios expleant in oꝑe. hec ille. Sed
nūquid hmōi ornamēta aliqñ per cō-
ſuetudinē ſine graui peccato pñt de-
ferri: Rñ. magiſter Johānes de tāba-
co. li. de cōſol. theol. In his q̄ ſunt ſo-
lum mala qꝛ prohibita. multum excu
ſat in toto vel in tanto conſuetudo. iō
in talibus ex vi rationabilis conſuetu
dinis preſertim ſi ꝑſcripta ſit eſt cōtra
ius ſcriptū multotiens faciendū. Nā
vt Gratianus ille gratioſe dicit. ꝙ cō-
ſtitutio vtentiū moribus cōfirmatur.
Quis etiā ſuꝑflua ornamenta geſtare
ad complacendū multis ſanctoꝝ au-
toritatibus reprobetur. tñ hoc fine ex
cluſo rōne conſuetudinis geſtari pñt
ſine graui peccato. Cā aūt q̄re in tali-
bus ſaltē circūſcripto ſcandalo excu-
ſare valeat cōſuetudo eſt quia res que
ꝓpter ſui nouitatē ⁊ ꝑ cōſequēs rarita
tem imaginationē excitant ⁊ ꝓuocant
ad libidinē. eo. ſ. ꝙ propter admirari
hoies res hmōi magis cōſiderāt ⁊ ꝓ

fundius cogitant. Ille quidē res qñ
in ꝯſuetudinē veniūt ceſſant imagina
tionē excitare ⁊ ad libidinē prouoca-
re. eo ꝙ tūc ceſſant quedā rara eē ⁊ ad
miratiōe digna. ⁊ cogitare ꝯſideratōe
profunda. hec ibi. Quo ad ſcōm pn N
cipale notandū ꝙ ſuꝑbiā ornatus diſ
ſuadet ꝑmo pctm̄ multiplex inde ori-
ens. Primū eſt inanis gloria quā rariſ
ſime ibi q̄s deuitat. Exemplū de diui
te epulone in purpura Luc. xvj. Vñ
Greg. in omel. ibidem. Nemo veſti-
mēta ꝑcipua niſi ad inanē gloriā que-
rit. Secundū ē tumor mētis ſuꝑ alioſ
Vñ Herodes veſte ꝑcioſa indutꝰ ela
tus in ſeipo ab angelo necat. Act. xij.
Tertiū eſt ꝙ cōfundunt pauꝑes talia
nō habētes. Nā ſicut ꝑ aplm. j. Cor.
.xi. corinthij arguunt. ꝙ ꝑ eſcaȝ ſuam
cōfundebāt nō habentes. ſic per veſti-
menta fieri pōt ſm Baſiliū in regula.
Quarto mollem ⁊ effeminatū effici-
unt. Exemplū de epulone q̄ ſicut ꝓpt
ſuꝑbiam purpura induebat ad extra.
ita byſſo ꝓpter mollitiem ad intra. ſm
glo. Quintū ē rapina vel furtum aut
illicitus labor qui a talibꝰ faciliter ex-
ercetur. vt ſuꝑflua veſtimēta habeāt ⁊
ſpoliant pauperes. Vñ Pe. damiani
de cōtemptu mūdi. Illa veſtis nō im-
merito rapina eſſe nūcupat que duo-
rum vel triū etiā veſtiū ſumma coemi
tur. Rapinā proculdubio perpetrat
qui vani honoris ardore ſuccēſus du-
arum impēſas veſtiū in vnā redigit. ⁊
proximū ſuū quē ſicut ſeipm amare
debuerat in ſua nuditate relinqt. Se-
xtum eſt ſcandalū proximi. Naȝ qui
ſcandalizauerit vnū ex minimis iſtis
qui in me credunt. expedit ei vt ſuſpē-
datur mola aſinaria in collo eius ⁊ de
mergat in profundū maris Matth.
.xviij. Septimū eſt participatio oim
criminū q̄ alij eius exemplo faciunt.
Vel ad lrām ſm ꝑs. Peccatū conco

miteťur eum quodãmodo ſicut veſti-
mentū quo coopeŕ ⁊ ſicut zona qua
I ſemꝑ precingiŕ. ¶ Scđo diſſuadẽt ſu-
perbiã veſtiū exẽpla ſanctoꝝ. Primo
dei q̄ nobiliſſimū ſpm̄ in nobis veſti-
uit carne fragili. ſm̄ illō Job. x. Pel-
le ⁊ carne veſtiſti me. Scđo deus qui
pⁱmis parẽtibus fecit tunicas pelli-
ceas Geneſ. iij. Itē Heſter. xiiij. ait.
Tu ſcis dñe infirmitatē meã ⁊ neceſſi-
tatē meã ꝙ abominer ſignū ſupbie et
glie mee qđ ē ſuꝑ caput meū in dieb⁹
oſtẽtatiōis mee. ⁊ deteſtoꝛ illud quaſi
pannū menſtruate. ⁊ nō portē illud in
diebus ſilẽtij mei. Itē Job. xvj. Sac-
cum cōſui ſuꝑ cutē meã. Itē Matth.
.iij. Ipſe Johãnes erat veſtitus de pi-
lis cameloꝝ. Itē ſm̄ Maximū in ſer-
mone. beatiſſima virgo vix tunicam
vnã habuit. Itē᷒ xp̄s ſm̄ Chryſoſto.
veſtimẽta abiecta habebat. Itē de an-
tiquis patribus dicit apl̄s Hebꝛe. xj.
Circũierũt in melotis in pellibus ca-
pꝛinis. Item Auguſtin⁹ dixit vt ei⁹ ca-
nit legẽda. Fateoꝛ. de p̄cioſa veſte eru-
K beſco ¶ Tertio idem diſſuadet multi-
plex ſupboꝝ in veſtitu ſtulticia. quarū
pꝛima eſt. ꝙ exterioꝛa vilia interioꝛib⁹
nobiliſſimis preponunt. ſcȝ coꝛp⁹ ani-
me. Secūdo ꝙ dei oꝛdinē peruertūt
⁊ nature. qꝛ ancillam ſcȝ carnem p̄po-
nunt domie. id eſt. aīe. ⁊ dñe ꝓpꝛia an-
cille tradūt. Tertio qꝛ plus expendūt
vt oculos alioꝝ paſcãt q̄ꝫ ꝓpꝛium ven-
trem. Quarto putant ꝙ ex precioſita-
te ſelle ⁊ freni equus. id eſt. coꝛpus ap-
precieŕ. Quinto qꝛ om̄ia bona ſua vo-
lunt habere bona ⁊ oꝛnata. ⁊ ſolaꝫ ani-
L mam ſm̄ Aug⁹. turpem. ¶ Quo ad
tertiū p̄ncipale queritur. Vtꝝ ſit vir-
tuoſum ⁊ laudabile deferre veſtimẽta
humilia nō p̄cioſa vl̄ abiecta. R̄n. ſm̄
Tho. quodlib. x. q. xiiij. Quo ad iſtō
aliter ē loquendū de perſona publica
in dignitate aliq̄ vel in p̄latura ꝯſtitu-
ta. Aliter de p̄ſona p̄uãta cui nulla cu-
ra regiminis vel p̄latiōis eſt cōmiſſa.
In p̄ſona em̄ publica duo cōſideranŕ
ſcȝ ſtatus dignitatis. ⁊ ꝓpꝛie p̄ſone cō-
ditio. Circa que duo ita ſe dꝫ habere.
ne dignitatis autoꝛitas veniat in con-
temptū. ⁊ ne ipſe in ſuperbiã efferaŕ.
vtrū᷒ igitur ei pōt eſſe laudabile. ⁊ ꝙ
precioſis vtaŕ ad reuerentiã autoꝛita-
tis inducendaꝫ. ⁊ ꝙ vilibus vtaŕ rōne
pꝛopꝛie humilitatis. ſic dumtaxat. ne
que ad autoꝛitatē conſeruandaꝫ fiunt
in ſuperbiã degenerent. ⁊ ne dū nimis
ſeruaŕ humilitas. regendi frangaŕ au-
toꝛitas. ſicut dicit Aug⁹. hec Thom̄.
Ex quo ſequiŕ ꝙ virtuoſū ⁊ laudabi-
le ſit in p̄ſona publica ſi ꝓpꝛie infirmi-
tatis intuitu veſtimẽta deferat humi-
lia. Vñ in laudeꝫ beati Martini epi
diciŕ. ꝙ poſt ſuſceptū ep̄atum eadē in
ei⁹ veſtib⁹ manſit vilitas ⁊ abiectio. Et
de Demoſtene p̄ho legiŕ ꝙ tãdiu vte-
baŕ toga philoſophica. q̄ꝫ diu fuit vul-
go incognit⁹ ſꝫ vita ⁊ eloq̄ntia cognit⁹
ait. Malo venerari vitã ⁊ ſapiam q̄ꝫ to-
gam. vñ tunc cōibus vtebaŕ veſtibus.
Iteꝫ Greg. l. j. dialogoꝝ de btō Equi-
tio abbate dicit. ꝙ tãtilis erat in veſti-
bus at᷒ ita deſpectus. vt ſiquis illuꝫ
foꝛtaſſe neſciret. ſalutar⁹ etiã reſaluta-
re deſpiceret. Vñ vix aut nun᷒ legiŕ
de ſanctis ꝙ autoꝛitatē ſuã in regimi-
ne veſtium p̄cioſitate exhibuerãt vene-
randã. ſed potius veſtiū vilitate. mo-
rum hūilitate ⁊ vite ſanctitate vt apo-
ſtoli. de quibus legiŕ. ꝙ fuerunt pãno-
ſi. id eſt. vilib⁹ pannis induti. Et xp̄m
pannis mŕ inuoluit. id eſt. ſm̄ Bern̄.
et Alber. vilibus. Non inquit Bern̄.
fit mentio de pellib⁹ aut alijs p̄cioſis
ſuppellectilibus. vt nobis cōmendet
paupꝛtatē habit⁹ ⁊ indumẽti vilitatem
De p̄ſonis vo pꝛiuatis quibus nulla
cura regimis vel prelatōis eſt cōmiſ-
ſa Dicendū ſm̄ Tho. loco p̄allegato.

Meritorie ⁊ virtuoſe agunt ſi portāt
intuitu ꝓprie humilitatis ⁊ amore cō
tēptus mūdi veſtimēta humilia. ⁊ hu
miliora ⁊ viliora ꝗ̄ ſtatus ꝓprius req̄
N rit. Nec obſtant cauillationes iniq̄
rum q̄ primo in ꝯtrariū arguunt. attē
dendū ab his q̄ in veſtimētis ouiū ve-
niunt. intrinſecus aūt ſunt lupi rapa-
ces. Reſponſio ſm̄ Tho. ꝙ hoc eſt ꝓ
vilitate veſtiū. q꞉ nunꝗ̄ lupi vilis in-
duerent niſi xp̄i ouiū hec veſtimenta
eſſent ꝓpria. Secūdo dicūt talē habi-
tum deferētes ſcādalizare. Reſpōdet
Hiero. in ep̄la ad Marcellā. Scāda-
lizat quēpiā veſtis fuſcior. ſcādalizet
⁊ Johānes quo inter natos mulierū
nullus maior fuit. q̄ angelus dictus
dn̄m quoqꝫ baptizauit. q̄ cameloꝝ ve
ſtitus tegmine zona pellicea cingeba
tur. Tertio dicunt. cum in corde virt⁹
lateat nihil officit veſtimentū ſi cor fu
erit bonum. Reſpōſum eſt de hoc ſu-
pra. Quarto obijciunt Auguſ. iij. de
doctrina chriſtiana. ⁊ habet diſ. xlj. c.
quiſquis. Quiſquis rebus tranſeun-
tibus ſtrictius vtitur ꝙ ſe habet con-
ſuetudo eorū cum q̄bus viuit. aut in-
temperans eſt aut ſupſtitioſus. Rn̄.
ꝙ Gratianus falſe allegat. q꞉ in omi-
bus correctis originalib⁹ beati Aug.
habetur temperās. ⁊ non intemperās
Et ſic Tho. ⁊ omnes famoſi allegant
Quinto arguunt beatum Bartholo
meum vſum fuiſſe purpura clauata.
Rn̄. Bonauen. li. de pfectione euāge-
lica. ꝙ illud in legenda rhomana non
habet. Et ſi verum eſt qd̄ dicit. dico ꝙ
neceſſitate duct⁹ hoc fecit. quia aliud
in regione illa calida veſtimētū porta
bile nō inuenit. Itē nota ꝙ diabolus
dixit conſimilia v̄ba ꝓ idolū. Chriſti
etiā veſtimentū tunice incōſutilis pre
cioſum fuiſſe. negat expreſſe Chryſo.
N ſup Mat. in ope impfecto. Quātū
v̄o ſit meritoriū talia deferre. ptꝫ per

Petrū damiani libro de contemptu
mundi dicentē. Rex niniue purpura
indutus ꝓpt̄ ciuitatis excidiū coopt⁹
ſacco diuini furoris motum ꝯtriti cor
dis humilitate placauit. Ezechias q̄ꝫ
cultu regio decorat⁹ terribiles regis
aſſyrioꝝ minas tremefact⁹ audiuit. ſꝫ
moxvt ipe cilicio tegit̄ cilicioqꝫ tectos
ad ꝓpherā mittere nūcios nō erubuit
ꝓpinquū diē victorie ⁊ optate pſperi
tatis oraculū repor portauit. Nā ecce
angelus dn̄i centū octuagitaq̄ıqꝫ mi
lia aſſyrioꝝ vna nocte pcuſſit. Egregi
us ille ꝓphetaꝝ Eſaias ad diuine iuſ-
ſionis imperiū veſtimēta depoſuit et
triū annorū ſpacio nud⁹ ⁊ diſcalceat⁹
inceſſit. Erubeſcat igit̄ dic̄ Pe. dam.
hūana ſupbia. Ex q̄ patꝫ ꝙ humilitas
veſtium deū placat. grām meret̄ ⁊ ꝓ-
ximū edificat. Vn̄ Tho. ſecūda. ij. vbi
ſupra. dicit ſic. Si vilioꝛib⁹ veſtib⁹ ꝗ̄
ceteri q̄s induat̄ nō ſp peccat. ſꝫ ſi hoc
faciat ꝓpt̄ macerationē carnis. vel hu
miliationē ſpūs. ad v̄tutē tpantie pti-
net. h aūt pcipue ptinet ad hos q̄ ali-
os verbo ⁊ exēplo ad penitētiā hortā-
tur. hec Thomas.

Capitulum. xix.

Decimoq̄rto ꝓhibet̄ hic dei tē-
tatio. Vn̄ Deut. vj. Nō tenta-
bis dn̄m deū tuū. Et idē xp̄us
cōtra diabolū allegauit Mat. iiij. vbi
p̄mo vidēdū q̄d ſit deū tētare. Scd̄o
quot genera hoim̄ i illd̄ viciū incidāt.
Tertio de q̄dib⁹ deū tentātiū. Quo A
ad p̄mū ſm̄ Tho. ſcd̄a. ij. q. lxxxxvij.
ꝓ totū deū tentat q̄ expimentū ſumit
ſeu explorat ex intentione rōne ꝓprie
pſone ꝓ ſua verba vel facta de dei po-
tētia. ſapia. pietate. bonitate vl̄ volūta
te ſpeculatiue ſine ſpāli dei inſtictu. ſi
ne iuſta nc̄citate vl̄ pia vtilitate ⁊ ſine
alijs debitꝫ circūſtātijs. vel q̄ etiā pre-
ter intentionē talia experiendi aliq̄d
loquit̄ petit. vl̄ facit qd̄ ad nihil aliud

vtile eſt niſi ad ꝓbandū dei poteſtatē
ſapientiā. vnlūtatē. vel bonitatē. Vñ
ſup illo Deut. vj. Nō temptabis dñz
deū tuū. dicit glo. Deū temptat q̄ ha
bens qđ faciat ſine ratione cōmittit ſe
diſcrimini vel ꝑiculo experiēs vtrum
poſſit liberari a deo. Dicit̃ pmo q̄ ex/
perimentū ſumit ſeu explorat. q̄a tē/
ptare eſt experimentū de aliq̄ ſumere
nullus aūt exꝑimentū ſumit niſi d̄ re
ignota vel dubia. Ex q̄ patet ꝙ om̄is
deum temptans deū ignorat. vel du/
bitat de aliqua ꝑfectione dei. quod ſp
eſt peccatū. Ex quo pꝫ ꝙ deū tempta
re ſemꝑ eſt peccatū. Dicit̃ ex intētio/
ne ad differentiam tentationis pter inten/
B tionē. ¶ Vbi notādū ꝙ duplex ē dei
tentatio. Vna intenta. alia nō intēta
Intēta ſit dupliciter. Vno modo ex/
preſſe. alio modo iterpretatiue. Expſſe
cum aliquis dicto vel facto intendit
experimētū de aliquo ſumere. Inter/
pretatiue vo qn̄ nō intēdit experimē
tum ſumere ꝑ ſua dicta vl' facta. tamē
agit vel dicit ꝙ ad nihil aliud videtur
ordinabile niſi ad experimentū ſumē
dum. Vnde quaſi interpretatiue deū
temptat. qui ⁊ ſi non intendat de deo
experimentū ſumere. aliq̄d tamen pe
tit vel facit ad nihil aliud vtile niſi ad
ꝓbandum dei poteſtatē. bonitatē. et
ſimilia. Dicit̃ rōne ꝓprie ꝑſone. quia
ſi quis experimentuꝫ ſumeret de deo
vel ad deum ptinētinētibꝰ nō vt ipſe
experimentū ſumens de his ſeu talia
explorans talia cog̃ſcat ſed vt ea aliȷ̃s
demonſtret quādo eſt iuſta neceſſitas
aut pia vtilitas. hoc em̄ nō eſſet tenta
re deū. Dicit̃ ꝑ ſua verba vel facta nō
cogitata. ad d̄ram ifidelitatis. Nā infi
delis inq̄ntuꝫ hmōi in mente dubitat
de dei ꝑfectione. puta bonitate. potē/
tia. ⁊ ſimilibꝰ. Sꝫ deum tentare cum di
recte opponat̃ cultui diuino ſeu latrie
vel religioni. in exterioribꝰ ꝯſiſtit acti
bus. Dicit̃ etiā ꝑ ſua verba vl' facta. q2
homo deum tentat expreſſe dupliciter.
Nūq̄ꝫ expreſſe verbis. qn̄ homo i ſua
petitione orando vel ſimilia verba for
mando ea intentione aliq̄d a deo po/
ſtulat vt exploret dei ſapiam. potētiā
vel bonitatē vel volūtatē. Factis aūt
deum expſſe tentat qn̄ ꝑ ea q̄ facit in/
tendit experimentū ſumere diuie po/
teſtatis ſiue pietatis. aut ſapientie.
¶ Dicit̃ d̄ dei potētia. bonitate ⁊c̃. ſpe C
culatiue non practice. Nā duplex eſt
cognitio diuine voluntatis vel boni/
tatis. Vna q̄dem ſpeculatiua. ⁊ q̄ntū
ad hanc non licet dubitare nec ꝓbare
vtrum dei voluntas ſit bona. vel vtꝝ
deus ſit ſuauis. Alia practica affecti/
ua ſeu experimētalis. dum quis expe
ritur in ſeipſo guſtum diuine dulcedi
nis. ⁊ cōplacentiā diuie volūtatis. Si
cut de Jerotheo dicit Dionyſius de
diuinis noibꝰ. c. ij. ꝙ didicit diuina ex
cōpaſſione ad ipa. Et hoc mō mone/
mur vt ꝓbemus dei volūtatē ⁊ guſte
mus eiꝰ ſuauitatē. ſm illd̄ Rom. xij.
Probetis q̄ ſit voluntas dei bona bñ/
placēs ⁊ ꝑfecta. Et i pſ. Guſtate ⁊ vi
dete qm̄ ſuauis ē dñs. Dicit̃ ſine ſpāli
dei inſtinctu. Vñ Abraā nō peccauit
Gen. xv. cuꝫ dixit ad dñm. Vñ ſcire
poſſum ꝙ poſſeſſurꝰ ſim eā ſcꝫ terraꝫ
repromiſſam a deo. Sil'iter nec beata
Agata q̄ noluit medicinā recipere. q2
expta erat erga ſe diuinā beniuolētiā.
vt vel infirmitates nō pateret̃ ꝑ q̄bus
corpali medicina indigeret. vl' ſtatim
ſentiret diuine bonitatis effectū. Sed
Achaꝫ peccauit nō petens ſignū. non
em̄ ſi petiſſet dū tentaſſet. q2 deꝰ iuſſit
eū petere. ⁊ etiā q2 ptinebat ad cōmu/
nē vtilitatē. Gedeon vo q̄ Judicū. vj.
ſignū a deo petiſſe legit̃ de victoria re
promiſſa ex debilitate fidei. ſm glo.
petiſſe vr̃. iō peccauit. Sicut ⁊ Zacha
rias Luc. j. q̄ dixit ad āgelū. vñ h̄ ſciā.

vnde ꝓpter incredulitatē punitus fuit
D Vbi ſciendū ꝙ dupl'r aliq̄s ſignū
petit a deo. Vno mō ad explorandū
diuinā poteſtatē. aut veritatē dicti ei⁹.
⁊ hoc de ſe ptinet ad dei tentationem.
Alio modo ad hoc ꝙ inſtruat̄ q̄d ſit
circa aliquod factū placitū deo. ⁊ hoc
nullo modo ptinet ad dei tentationē.
Dicit̄ ſine iuſta neceſſitate. q2 ſi iuſta
neceſſitas foret non eēt pctm̄. Vn̄. ij.
Paralipo. xx. Cū ignoram⁹ q̄d agere
debeamus hoc ſolū habem⁹ reſidui
vt oculos nr̄os dirigamus ad te. Di-
cit̄ ſine pia vtilitate. q2 ex pia vtilitate
ſancti ⁊ apl'i petierunt vt in nomie xp̄i
fierēt miracula. Act. iiij. Sil'r de quo-
dam. j. dialogoꝝ refert Greg. q̄ ſuſci-
tauit paruulū ad lachrymas mr̄is ei⁹.
Similit̄ q̄uis p̄dicatores ꝓ victu cor-
porali non ſint ſolliciti. vt verbo dei ⁊
doctrine vacent. ſi ſic ſoli deo innitant̄
nō deum tentant. quia nō ſine neceſſi-
tate vel vtilitate faciunt. ſed ſi ſine tali
facerent deum tentarent. Vn̄ Aug⁹.
. xxiij. ꝯtra Fauſtum dicit. ꝙ Paulus
non fugit quaſi non credēdo in deū.
ſ3 ne deum tentaret ſi fugere noluiſſ3.
cum fugere potuiſſ3. Dicit̄ ⁊ ſine alijs
debitis circūſtantijs. quia pie ⁊ humi-
liter petendum eſt aliquid a deo. ⁊ ſic
ſeruiendū eſt deo. Dicit̄ vel qui etiam
preter intentionem propter tentatio-
E nem dei interpretatiuam. Quo ad
ſecundum principale notandū ꝙ con
tra hoc mandatum exceditur quintu
plicit̄. Primo vitatē inquirēdo d' alia
vita. qui in fide nutantes reuocat mo
rituros. Secūdo iuſticiam qui volūt
per duellū oſtendi vnius innocētiam
⁊ alterius malū. Tertio ſapiam. q̄ pre
termiſſo ſtudio humano artes vel ſci-
entias deſup expectāt ꝑ orōnes ſolū.
Quarto potētiam. q̄ non fugiunt ne-
cem cū poſſint ⁊ debeāt. Paulus eīm
ꝑ ſportā fugit. ⁊ xp̄s de tēplo deorſū

ſe non dimiſit ſ3 deſcēdit. Quinto bo-
nitatē. qui refutant medicinalia in ca
ſu ſine neceſſitate ⁊ vtilitate. Sil'r qui
tēpus miſerēdi deo cōſtituūt. vt dicit̄
Judith. viij. Vt eīm omēs aliquo mō
vident̄ explorare diuina illicite. Quo
ad p̄mū q̄rit ſanctus Tho. quodlib'.
. iij. q. ix. arti. ij. Vtrū liceat ab aliquo
moriēte requirere vt reuelet ſtatū ſuū
poſt mortē. Rn̄. ꝙ ſic. ſupponēdo hoc
tn̄ diuino iudicio. ⁊ dummodo nō ex
dubitatōe fidei de futuro ſtatu tentā-
do inquirat. ⁊ pia ⁊ humilis intentio
habeat̄ videl3 ad ſubueniendū dſun-
cto ꝑ ſuffragia. Rō eſt. q2 ſm̄ Dam. li
bro. iij. Impletio naturalis deſiderij
nō ē pctm̄ niſi aliqua inordinatio ad-
iungat̄. vt p3 de cibo. Naturaliter aūt
ſcire deſideramus. j. metaphiſice. ſed
cū p̄fatis tribus cōditionib⁹ deſidera-
re ſcire ſtatum alicuius poſt mortem.
nihil inordinate videt̄ habere annexū
Vnde. ij. Machab. xij. Sancta ergo
⁊ ſalubris ē cogitatio ꝓ defunctis ex-
orare vt a peccatis ſoluant̄. hec Tho.
Quidā alius doctor addit ꝙ qui ex-
peteret reditum vt certificari vellet' de
ſtatu illo. an videl3 celum ſit. vel infer-
nus. quod cōmuniter p̄dicatur. mor-
taliter peccaret. q2 infidelis foret. Di-
cit etiā ꝙ iſtam petitionē non debent
facere niſi homines deuoti. ⁊ illi poſ-
ſunt ſic experiri qui fuerūt in ſtatu iſto
deuoti. ⁊ de quibus p̄ſumit̄ ꝙ ſint ſal-
uandi. diabolus enim ſepe immiſcere
pōt illuſiōes qn̄ ſic mortui reuocant̄
Contingit eīm qn̄q3 mortuū eē in pur
gatorio. ⁊ demon in eius ſpecie dicit
eum eē in inferno. vt anima ſuffragio
priuet̄. ⁊ viuus de deuota vita mortui
quā recolit imitari deſiſtit. Scdō con
tingere pōt animam eē in purgatorio
quā demon dicit eē in celo vt aīa ſuf-
fragio priuet̄. Sed q̄ris. Nunq̄d tenet̄
viuus apparenti credere quod aperit



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Rñ.idez doctor. Poſito ꝙ defunctꝰ
reuerteret nō eēt q̃s obligarꝰ credere
ea q̄ reuelaret lꝫ etiā eēnt vera. hec ille
F ¶ Secundo pn̄t peccare ꝯtra iſtō du
ellātes. Ubi notādū ꝙ ſm Nicolaū
de lyra ſuꝑ materia duelli dauid cum
Golia. j. Regꝭ. xvij. Duellū pōt du-
pliciter accipi. Uno mō ꝓprie ꝛ ſic eſt
ſingularis pugna duoꝝ vt ꝑ victoriaꝫ
vnius appareat tandē eius iuſticia ꝑ
diuinū iudiciū ꝛ alterius iniuſticia. ꝛ
ſic ſm oēs doctores duellū ē illicitū
tam ex parte appellātis q̄ꝫ ēt recipien
tis. ꝛ etiā iudicātis ꝛ ꝯſulentiū. ſ. ex of-
ficio ꝛ fauorē preſtantiū. ſilr ſacerdo-
tes q̄ darēt bn̄dictionē talibꝰ quia ibi
manifeſte ē tentatio diuia. Grauiter
ibi videt peccare appellatꝰ inuite ſeu
ſuſcipiēs inuite. grauius q̄ ſpōte. ſe of
ferēs grauiſſime. Silr videt de iudice
ꝛ cooꝑantibus. hec videt Raymundi
ſnīa. Et hoc mō ſm quoſdā vident lo
qui de duello iura ipm duellum ꝓhi-
bentia. xj. q. v. monarchiaꝫ. ꝛ extra de
purgatōe vulgari. cuꝫ ſuſcepiſti. niſi ꝑ
reuelationē diuinā manifeſtatū fuerit
ꝙ deꝰ vult ſic iudicare iuſticiā ſuam ꝛ
hoc modo Dauid aggreſſus ē Goliā
qꝛ ei dixit, Ego venio cōtra te in noie
domi viuētis. nec ꝓprie ſic Dauid fuit
duellator. ſꝫ diuine iuſticie executor.
G ¶ Alio mō pōt accipi duellū large ꝓ
ut ē bellū ſingulare vniꝰ cū vno abſqꝫ
expectatione diuini iudicij. ſꝫ vt ꝑ vir-
tutē. artē vel fortunā. vel oibus iſtis vl
aliq̄bus eoꝝ cōcurrētibus aliq̄ cōtro-
uerſia inter eos criminalis vel ciuilis
terminet an tale duellū ſꝑ ſit mortale
diſcordāt tam theologi q̄ꝫ iuriſte. Fit
autē duellū triplr. Pōo a ſpūſctō. vt
in Dauid. j. Regꝭ. xvij. ꝛ in Rolando
vt habet i hyſtoria Karoli. Scdō ſm
multos ꝑtertim ex pte appellantꝭ cuꝫ
pctō. vt in ſecūdo modo tactū eſt. Ter
tio ſemꝑ ē graue peccatū, vt in primo

caſu. Et notandū ꝙ iudiciū ferri can-
dentis ꝛ aque feruētis ꝛ ſilia ꝓhibita
ſunt ſicut ꝛ de duello dictū ē. Tertio
peccare poſſunt ꝯtra hoc volētes ꝑ ar
tem notoriam vl ſimilē ſine humano
ſtudio ſcientiā adipiſci. Quarto q̄ nō
fugiunt vbi tenent ꝛ pn̄t. dei auxiliuꝫ
ad hoc ſine cauſa expectantes. Cōtra
quos xp̄s ait. Cū vos ꝑſequent in vna
ciuitate. fugite in aliaꝫ Matth. x. Añ
aūt fugiēda ſit mors in xp̄iana ꝑſecu
tione ꝛ quādo nō. ꝯiunctio ꝛ ꝯſideratio
ſcandali. ꝑiculū gregis ꝛ hmōi doce-
re poſſunt. Nā aliq̄n cōtingit eodē tē-
pore ꝛ in eodē loco vnū debere fugere
alterū nō. vt de Santulo quē gladius
ferire nō potuit. ꝛ de diacono recedē-
te. Greg. ponit exēplū in li. dialogoꝝ
Quinto q̄daꝫ fugiūt medicinalia vbi
oportet. etiā qð licet Agatha feciſſe vi
deat. tn̄ vt Tho. ſcðā. ij. q. lxxxvj. dic
fecit certa de dei adiutorio vt ſupra.
¶ Quo ad tertiū principale nota ſm H
Tho. quadruplex eſt gradus deū ten
tātiū. oēs tn̄ nō ſunt ꝓprij. Primꝰ eoꝝ
qui aīm nō ꝑparāt añ oꝛonē ſꝫ diſtra-
hūtur ſciēter ꝛ negligēter. q̄ labijs deū
honorāt ſolū. Secūdus eoꝝ q̄ nō di-
mittunt oꝛonē debitoribꝰ rancorē te-
nētes. De ambobꝰ dꝛ Eccꝭ. xviij. Añ
oꝛonē prepara aiam tuā. ꝛ noli eē q̄ſi
hō q̄ tentat deuꝫ. vbi dicit glo. interli.
Tentat deū qui orat qð docuit. ſꝫ non
facit quod iuſſit. Supra q̄ dicit Tho.
ſcðā. ij. vbi prius. ꝙ iſte qui ante orati
onem ſuam animam non preparat di
mittendo ſi quid aduerſus quem ha-
bet. vel aliquis ſe ad deuotionem nō
diſponendo nō facit quod in ſe ē vt ex
audiat a deo. ꝛ ideo quaſi interpreta-
tiue tentat deum. Et q̄uis hmōi qua-
ſi interpretatiua tentatio videatur ex
preſumptione ſeu indiſcretiōe ꝓcede
re. tn̄ hoc ipſum ad dei irreuerentiam
ꝑtinet vt homo preſumptuoſe ꝛ ſine

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

debita diligẽtia ſe habeat in his q̃ ad
deũ ꝑtinẽt. Dicit̃ em̃. j. Pe. v. Humi-
liamini ſub potenti manu dei. Et. ij.
Thimot. ij. Sollicite cura teipſuz ꝓ-
babilem exhibere deo. Unde etiam
huiuſmodi tentatio eſt ſpecies irreli-
gioſitatis. hec Thom̃. Tertius eoꝝ
qui ꝓter intentionẽ petunt vel faciũt
q̃ dicit̃ in diffinitõis declarationẽ in-
terpꝛatiua tentatio. Quartus eorum
qui ex intentione talia faciunt. vt ibi-
dem patuit.

Capitulum. xx.

Decimoquinto ꝓhibet̃ hic acci-
dia. cuius propꝛiuz eſt triſtari
de obſequio diuino. ſicut cha-
ritatis eſt gaudere in bono diuino.

A Ubi tria principaliter ſunt vidẽda
Pꝛimo de quidditate ꝛ malicia ꝛ ori-
gine accidie. Secundo de ſpeciebus.
Tertio de remedijs. Quantum ad ꝓmũ
ſm̃ Tho. ſcd̃a ij. q. xxxv. Accidia eſt
triſticia de bono diuino quod homo
debet facere. Dicit̃ ꝓmo triſticia. ſed
nõ quelibet. Eſt em̃ q̃dam triſticia bo-
na. vt illa q̃ compatimur miſerie ꝓxi-
mi. ſicut mia facit triſtari. ꝛ paſſionis
Chriſti meditatio. Similiter triſticia
quam habemus de peccatis cõmiſſis
in cõtritione. Alia eſt triſticia mala in
appetitu vindicte inordinato. ꝛ conſti-
tuit ſpẽm peccati ire. vl' triſticia de bo-
no ꝓximi. ꝛ facit odium vel inuidiã.
ſed triſticia de bono diuino cõſtituit
accidiã. Dicit̃ ſcd̃o de bono diuino. i.
de bonis ſpũalib⁹. iſtis potiſſime que
hoiem ꝑ ſe ordinãt in deũ. vt ſunt vir-
tutes deo exhibẽde. corde. ore. vl' ope
De qb⁹ dictũ fuit a ꝓmo ꝓcepto par-
ticulari vſq; ad ſextũ. Et ſic etiaz ſunt
oia opa virtutũ. nõ inq̃ntũ circa talez
materiã. ſ; inq̃ntũ ꝓpter deum facta ꝛ
in deum relata. Ex quo ꝑz q͂ eſt acci-
dia oris. cordis ꝛ operis. Quia quis
tedium ꝛ triſticiã habere poteſt medi-
tandi fidem. ſperandi in deum. deum
diligendi quo ad cor. Quo ad os lau-
dando. orando. loquẽdo de deo ꝛ ſi-
milia. Et in ope multipliciter fit. Di-
cit̃ conſequẽter qd̃ homo debet face-
re. quia ſi quis triſtaret̃ de ſpũali bo-
no ad quod quis nõ teneret̃ ſub pena
peccati venialis. aut mortalis. puta d̃
ꝑficiendo aliquo qd̃ ſolum cadit ſub
cõſilio. nõ eſſet accidia. Exemplũ de
iuuene euãgelico q̃ triſtis abſceſſit cũ
ei xp̃s dixit. Si vis ꝑfectus eſſe vade
ꝛ vende oia q̃ habes ꝛ da pauperibus
Math. xix. Sed quot ſunt radices B
ꝛ cauſe triſticie. Reſpondetur q͂ tres.
Pꝛima cũ quis nõ amat deũ nec gau-
det in eo. ideo conſequẽter non amat
opera ſpũalia. nec in eis gaudet. ſ; tri-
ſtatur. Secunda q͂ quis nõ noſcit vel
non aduertit vel nõ meditat̃ honeſta-
tem ꝛ vtilitatẽ ac ſuauitatẽ ſpũalium
bonoꝝ. ex hoc ꝓueit q͂ nõ reputat ſpi-
ritualia. ſ; ea vilia ꝛ quaſi nihil valen-
tia eſtimat ꝛ triſte ea facit aut ea refu-
git. Tertia q̃a ſenſus apprehẽdit ſpi-
rituale bonũ vt laborioſũ ꝛ priuatiuũ
delectatiõis ſenſibilis. ꝛ ideo ſenſuali-
tas a ſpũali bono fugit ad delectabi-
lia ſenſualitatis. ꝛ talis ſenſualitas in-
terdũ a ſe trahit rõnẽ ꝛ voluntatẽ que
triſtat̃ de ſpũalibus bonis ꝛ diuinis.
Sed quare accidia ẽ peccatũ. Rñ.
ſm̃ Tho. triplici de cauſa. Pꝛimo q2 C
in ſe malum eſt triſtari de bonis opti-
mis qualia ſunt diuina. de talib⁹ em̃
ſumma complacentia eſſet habenda.
Scd̃o quia imediatus accidie effect⁹
eſt q͂ facit tedioſum ꝛ grauẽ in ſpũali-
bus diuinis opandis. Tertio q2 mul-
ta alia mala ex accidia ſequũt̃ i ſpẽb⁹
vl' effectib⁹ ei⁹. Qñ vo ſit pctm̃. nõ ſ;
Tho. vbi p⁹. q͂ triſticia d̃ bono ſpũali
aliqñ nullũ ẽ pctm̃ ſ; forte defect⁹ na-
ture. vt qñ op⁹ diuũ ẽ ſolũ ꝯſiliũ ꝛ nul-
lo mõ debitũ. Secũdo aliqũ materia

eſt meriti. Tertio aliquādo ē veniale
Quarto aliqñ mortale. Pro quorū in
tellectu notandū ꝑmo ꝙ in nobis ſūt
duo. Primū eſt caro ſiue ſenſualitas
ſilis beſtijs alijs. hoc dēpto ꝙ ꝑ rōneȝ
pōt frenari. hec caro hȝ cōplacētiā in
luxuria. in vanagloria. in gula. ira ⁊ i
ſilibus. Et hȝ triſticiā de oībus q̄ ſunt
cōtraria carni. vt ptȝ in ieiunio. orōne
humilitate. patiētia ⁊c. Secunduȝ eſt
aīa rōnalis a deo optimo immediate
creata q̄ naturalr̄ vellet beatificari. ꝫ
deſiderare deberet ꝟtutes. deū ⁊ bea
titudinē ⁊ ſpūalia bona. ⁊ de ſolo pec
cato ꝑncipalr̄ triſtari. Sicut etiā na
turaliter ꝓhi reperierūt ⁊ de ħ ſcripſe
D runt. ⁊ fides ampli⁹ inſtruit. ¶ Scdo
notandū ꝙ caro cōcupiſcit aduerſus
ſpm̄. ⁊ ſpūs aduerſus carneȝ Gall. v.
qδ idem ſenſit Ro. vij. dicēs. Video
aliā legē in mēbris meis repugnantē
legi mētis mee. ⁊ idem quilibet expe
ritur. Exempli gratia Ratio iubet di
uitē vel religioſum ad matutinaȝ ſur
gere ⁊ premiū delectat rōnē. ꝫ molli
cies lecti. ⁊ calor corpus tenent ꝙ nō
vult ſurgere. Ex iſto cauſat̄ q̄dam tri
ſticia in ſenſualitate. Vñ ſi ꝓpter talē
repugnantiā triſticia de bono ſpūali
veniat hoī ſubito ⁊ indeliberate. ⁊ oī
no cōtra aut ꝑter voluntatē. tunc ē ſo
lum ꝑmus motus ⁊ mere naturalis.
Et q̄diu manet ſolum ꝑmus ⁊ nālis
motus nullo mō dependēs a volūta
te. tunc nullū eſt pctm̄ mortale ꝫ defe
ctus ſeu pctm̄ nature. qꝛ nō eſt in po
teſtate hoīs. dicēte beato Auguſtino.
Non eſt in ptāte nr̄a q̄bus viſis tāga
E mur. ¶ Et ſi hō ſtatim vt hmōi motū
accidie ratione ꝑcipit. incipit reſiſtere
rōne ⁊ voluntate. tunc illa reſiſtentia
eſt ſibi meritoria. Sicut ſepe accidit
ꝙ hō ſentit aliquod tediū in exercitio
ſpūali rōne ſenſualitatis. quod tamē
rationi diſplicet. ideo etiaȝ reſiſtit co
nādo ꝑ exercitia bona delectari in di
uinis ꝓ poſſe. talis triſticia nō ē pctm̄
qꝛ in ſola ſenſualitate conſiſtit. ꝫ ē ma
teria meriti. qꝛ volūtas deteſtat̄ eam.
Si ꝟo homo hmōi primo motui acci
die nō cōſentit ſm̄ rōnem plene ſaltē
nec ſufficient̄ ſe ei opponit poſtq̄ ipȝ
percipit. ꝫ voluntas aliquo modo ad
ſenſum inclinata habȝ ſe circa hoc ne
gligēter in reſiſtēdo. tunc illa accidia
eſt peccatum veniale ſi fuerit de oꝑe
debito. Et hoc eſt ꝓpter negligentiā
voluntatis que ei imputabilis eſt. Et
ſm̄ Caſſia. de inſtitutis monachoruȝ.
etiā in ꝑfectos viros cadit. ꝫ ſi motus
ille accidie ꝑtingit vſq; ad rōnem. ita
ꝙ carne totaliter cōtra ſpm̄ ꝑualente
⁊ triſticia ſic i rōne inualeſcēte ꝙ ipſa
ratio ex hoc cōſentiat in fugā ⁊ horro
rē aut deteſtationē boni ſpūalis diui
ni quod hō facere tenet̄. tunc eſt pctm̄
mortale vt dicit ſanctus Tho. Cuius
rōnem aſſignat. qꝛ illud ē mortale ex
genere qδ de ſe ⁊ ſm̄ ꝓpriam rōnē cō
trariat̄ charitati. ꝫ accidia hmōi eſt ta
lis. qꝛ ꝓprius effect⁹ charitatis ē gau
dium de deo ⁊ ď diuinis rebus. cui cō
trariat̄ accidia q̄ ē triſticia ď bono ſpi
rituali inq̄ntuȝ diuinū. Exempluȝ in
ſimili de concupiſcentia adulterij qδ
de genere ſuo ē pctm̄ mortale. hec cō
cupiſcētia q̄diu eſt naturalis motus
manēs in ſenſualitate. ⁊ nullo modo
dependēs a volūtate. tunc nō ē pctm̄.
ſed ſi homo ei reſiſtet ꝓpter deū eſt ei
meritoriū. ſi ꝟo volūtas nō conſentiē
do in opus nec in delectationē nō ex
cludit conpiſcētiam ꝫ ꝑmittit eā mo
rari in animo. tunc venialis fit culpa.
ſi ꝟo ꝑtingat vſq; ad rōnem ita ꝙ ra
tio ſuperata conſentiat in opus adul
terij. fit culpa mortalis. Ita in ꝓpoſi
to. Simile ē de ira. ¶ Quo ad ſecun F
dum ꝑncipale notādū ꝓut colligit̄ ex
dictꝭ Greg. xxxij. moral. ⁊ ex Iſid. de

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſummo bono. ⁊ Caſſiani de octo ꝓ̃nci
palibꝰ vicijs ⁊ Guil. i ſũma vicioꝝ. ꝙ
viginti ſunt ſpecies vel modi peccãdi
accidie. Primus ē origo alioꝝ. vide
licet tepiditas q̃ vomitũ ꝓuocat. Dñ
Apoc. iij. Xp̃s dicit. Scio opa tua q̃
nec frigidus es nec calidus. ſꝫ quia
tepidus es ⁊ nec frigidus nec calidus
incipiã te euomere de ore meo. Euo
mitur cum in deteriora labi ꝑmittit.
Hec fiduciã tentãdi diabolo preſtat.
quia de multis rentat tepiduꝫ vbi nõ
feruidum. Exemplũ de olla feruenti
cui muſce nõ inſident. Hec etiam ho
minẽ q̃ſi cõtractuꝫ facit. qꜫ ſꝫm Bern̄.
Forſitan ideo nõ poſſumꝰ qꜫ nõ mul
tum volumꝰ. Scd̃us eſt mollicies q̃
eſt ĩpatientia dure rei. De q̃ Prouer.
.xviij. Qui mollis ⁊ diſſolutus eſt in
ope ſuo. frater ē opa ſua diſſipãtis. Et
repitur cõmuniter in delicate nutrit꜀
hec eſt culcitra diaboli. hec facit vt hõ
velut niuens globus ad ignẽ tribula
tionis liqueſcat. Tertius. ſomnolẽtia
De qua Prouerb. xix. Pigredo imit
tit ſoporẽ. A nimietate em̃ ſomni ꝓhi
bere deberent auicule de mane canẽ
tes ⁊ galli. ⁊ ineptia actus dormiendi
qui poſſunt eſſe nimia brutalitas. ſur
gendi triſticia. importunitas dormiẽ G
di. ¶ Quartus ē ocioſitas. Prouer.
.xij. Qui operat᷑ terram ſuam ſatura
bitur panibus. q̃ aũt ſectat᷑ ociũ ſtul
tiſſimus eſt. Vbi nota ꝙ terra ſiue ſo
lum oris octo fructus ꝓferre põt. ſcꝫ
dei laudationẽ. gr̃arũactionẽ. oronẽ.
cõfeſſionẽ ꝟboꝝ. modificationẽ. abſti
nentiã. fraternã correptionẽ. ⁊ fratnaꝫ
eruditionẽ. Stultiſſimꝰ inq̃t ē ſtultꝰ
qꜫ in vita negligit neceſſaria vite cele
ſtis acquirere. Stultior. qꜫ vitã hoſti
bus exponit. Stultiſſimus qꜫ aniam
interficiẽtes ſolet paſcere. puta corpꝰ
⁊ demonẽ. Quintus ē dilatatio. pſ̄.
Tẽpus faciẽdi dñe diſſipauerũt legẽ
tuam. Tardant q̃dam cõuerti. alij cõ
fiteri. alij ꝑfici. ¶ Ad cõuerſionẽ acce H
lerãdã mouere deberẽt q̃nqꜫ ſcꝫ mor
tis incertitudo. Luc. xij. Vos eſtote
parati. qꜫ neſcitis qua hora dñs vr̃ vẽ
turus ſit. Secundo multiplex bonuꝫ
inde ꝓueniẽs. ſcilicet vite iocunditas
maior viuẽdi et moriẽdi ſecuritas. pe
ne maioris euaſio. ⁊ ꝓmij multiplici
tas. Tertio ꝑiculum male ꝯſuetudis
Hiere. xiij. Si mutare põt ethiops
pellẽ ſuã ⁊ vos poteritis bñ facere cuꝫ
didiceritis malefacẽ. Quarto. ꝙ ini
quus eſt in deũ. in angeluꝫ. in ſe. ⁊ in
ꝓximũ. ſꝫm illud Aug. Peccator nõ
eſt dignus pane quo veſcitur. Quito
qꜫ difficile eſt quẽ vere ad deũ ꝯuerti.
Ambro. Plures inueni baptiſmaleꝫ
innocẽtiã ſeruaſſe q̃ꝫ verã penitentiaꝫ
egiſſe. Sextus eſt tarditas. Sicut em̃
accidioſus differt conuerti. ſic tardus
tarde procedit in ope iam inchoato.
Prouerb. x. Sicut acetuꝫ dẽtibus et
fumus oculis. ſic piger moleſtus eſt
his qui miſerũt illum. Quo cõtra ter
rere deberẽt temporis breuitas. malo
rum in malis ſtrenuitas. ⁊ bonoꝝ vi
roꝝ ⁊ mulierũ ſolertia. Septimus ē
negligẽtia in h̃ ꝯſiſtẽs ꝙ hõ nõ curat
qualit᷑ opus inchoatũ faciat. vtrũ be
ne vl̃ male. ſꝫ h̃ ſolũ curat vt ab onere
laboris ichoati ſe expediat. Prouer.
.xxiiij. Diligẽt᷑ exerce agrũ tuũ. Hie
re. xlviij. Maledictꝰ q̃ facit opus dei
negligẽter. Alia littera hꝫ fraudulent᷑
Tales terrere deberet irrõnabiliũ vt
apum ⁊ formicarũ diligẽtia ad corpꝰ
ꝓprium. ⁊ dei intuitus. Octauꝰ ē imꝑ
ſeuerãtia quã hñt q̃ opus inchoatuꝫ
ad ꝑfectũ nõ ducũt. q̃ Saul defecit. j.
Reg. xv. Ad quã vitandã xp̃s de cru
ce deſcẽdere noluit viuꝰ. Mat. xxvij.
Perſeuerãtia em̃ cibus eſt dei. Joh.
.iiij. Meus cibꝰ ē vt faciã voluntatẽ
eiꝰ q̃ miſit me ⁊ ꝑficiaꝫ opꝰ eiꝰ. Huic

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

demon inſidiat. Gen̄.iij. Tu inſidia-
beris calcaneo ei9. Nonus ē remiſſio
in eo eſt q̄ q̄tidie deterior efficitur.
Verſus. Feruidus i p̄mis. medio te-
pet. alget in imis. Prouerb.x. Egeſta
tē opata eſt man9 remiſſa. manus aūt
fortiū diuitias parat. Quo ɔtra Pro
uerb.iiij. Iuſtoꝝ ſemita q̄ſi lux ſplen-
dens ꝓcedit ⁊ creſcit vſq; ad ꝑfectum
diē. Ubi nota q̄d ſit ꝓficere videlȝ ſil'
oia pctā ꝓpoſito dimittere. ⁊ exercitia
ꝓ vitatione vicioꝝ neceſſaria. ⁊ acq̄ſi-
tione virtutū apta iuxta ſuū ſtatū arri
I pere. Decim9 ē diſſolutio. Diſſolut9
em̄ difficultatē inueniens in ſuo regi-
mine ſe dimittit oīno abſq; guberna-
tione. ſm illud Prouer.xxiij. Eris ſic
dormiēs in medio mari. ⁊ q̄ſi ſopitus
gubernator amiſſo clauo. Tal' animū
ſuū nō recolligit. Eſt em̄ tāq̄ puluis
quē ꝓijcit vētus a facie terre. ⁊ quaſi
volū nō ligatū. Hanc diſſolutionem
Grego. videt vocare. importunitatē
mentis. qua mēs ꝓpter triſticiā in ſpi
ritualib9 ſe ad importuna transfert. ⁊
ad delectabilia corꝑalia tedioſe ſpūa
lia implēdo. Undecimus eſt in curia
q̄ ſuoꝝ debitā curā nō hȝ. cui opponit
diligētia. incurioſus ſua nō colit. cul-
ta nō colligit. ⁊ collecta nō cuſtodit.
Unde v̄ſus. Nō minor eſt virtus q̄
querere parta tueri. Hoc vicio laborāt
qui audita nō curāt memorie tradere
mente. vel ſcripto. vel oꝑe. q̄ dilacera
te ambulant et immundicias ſine rōne
ſuſtinent. cōtra quos ē q̄ ordinare na
tura ꝓcedit. q̄ ornatus interdū ē vir-
tus. ⁊ q̄ exteriora notant interiorē in-
curiā. Duodecim9 eſt ignauia qua
K laborat qui eligit poti9 in miſeria ma
gna ꝑmanere q̄ aliq̄ntū laboris ſub-
ire. Et videt idem eſſe cum puſillani-
mitate. Naȝ magnimitas ē virt9 incli
nās ad opa magno honore digna. ſm
phm.iiij. eth. ꝑſumptio eſt exceſſus,

ſed puſillanimitas defectus ē ſpecia-
liter in his q̄ ſpālit cadūt ſub conſilio
Et ſm Tho. ſcda.ij.q.cxxxiij. puſilla
nimis deficit a ꝓportione ſue potētie.
dū recuſat ad id tēdere qd ē ſue potē-
tie cōmēſuratū. Et inde ē qd Matth.
.xxv. ⁊ Luc.xix. ſeruus q̄ acceptā pecu
niā dn̄i ſui fodit i terra. nec ē opat9 ex
ea ꝓpt quēdaȝ puſillanimitat' timorē
L punit a dn̄o. Tredecim9 eſt indeuo
tio. ſ. q̄dā ariditas ſpūalis ⁊ carētia fer
uoris mētalis. De q̄ ps. Aia mea ſic
terra ſine aq̄ tibi. Et Numeri.xj. Aia
nr̄a arida eſt. nihil reſpiciūt oculi nr̄i
niſi man. Orit aūt aliqn̄ ex ſupbia q̄
eſt q̄ſi mons gelboe. ſup quē nec ros
nec pluuia deuotionis. ſm Bern̄. de-
ſcendit. Aliqn̄ ex defectu cibi ſpūalis
ps. Aruit cor meū q2 oblitus ſum co-
medere panē meū. Aliqn̄ ex accidia.
Nam alie creature ocio impinguant
ſȝ homo labore ſpūali. Prouerb.xiij.
Uult ⁊ nō vult piger. aia aūt laborā-
tiuȝ impinguabit. Decimuſquart9 M
eſt triſticia i diuio. ſ. officio. Et Greg.
videt vocare torporē q̄ ē circa p̄cepta
que ꝑtinent ad cōmunē iuſticiā. Nō
inq̄t Aug. ex triſticia aut neceſſitate.
quia hilarem datorē diligit deus .ij.
Cor.ix. Hoc viciū ē quaſi abſinthiū
poſitum in eſca dei. Itē cū oia a deo
acceperim9 iuſtiſſimū ē vt ei reſtituē-
do lete ſuiam9. Itē Prouer.xxv. Sic
tinea veſtimētoꝝ vermis ligno. ſic tri
ſticia viri nocet cordi. Docimuſq̄n- N
tus, tediū vite qd aliquādo orit ex dei
amore ⁊ celeſtis patrie. Sic pȝ i aplo
q̄ ɔcupiuit diſſolui ⁊ eē cū xp̄o. Aliqn̄
ex maloꝝ ꝑſertim alienoꝝ ɔſideratio
ne. q̄b9 mūd9 plen9 ē. Eccs.ij. Tedu it
me vite mee videntē mala eſſe vniuer
ſa ſb ſole ⁊ cūcta vanitatē ⁊ afflictiōeȝ
ſpūs. Aliqn̄ ex vehemētia tribulatōis
ꝓprie.ij. Cor.j. Supra moduȝ g̃uati
ſumus. ⁊ ſupra virtutē, ita vt tederet

nos etiã viuere. Aliqñado ex accidia.
⁊ tūc ē pctm̄. ⁊ ꝑuenit ex lōga triſticia
poſtq̄ꝫ nō ſolū tedet deo ſeruire ſꝫ etiã
viuere. Decimuſſextꝯ ē deſpatio quaꝫ
docet apl's fugere penitētes. ij. Coꝛ. ij.
Ne nimia triſticia abſoꝛbeant hmōi.
Decimuſſeptimus ē rancoꝛ ⁊ q̄dã mē
tis amaritudo. ꝯtra illos q̄ hoiem vo-
lūt ad ſpūalia exercitia inducere. Ex-
emplū de monacho accidioſo ꝯ̄ ꝓla
tū amaricato. Decimuſoctauꝯ ē inſta-
bilitas ꝓpoſiti. cū hō in dei ſeruitio di
uerſa ꝓponit. ⁊ mala attentat. ⁊ freq̄n-
ter ꝓpoſitū mutat. ſi ex impotētia aut
ex rōnabili cã. ſꝫ ꝓpt̄ tediū qđ hꝫ i eoꝝ
executiōe ſpūaliū. Decimuſnonꝯ ē in
quietudo coꝛpis ⁊ inſtabilitas loci. vt
apparet in m̄ltis. Viceſimꝯ ē malicia
q̄ñ ꝓpt̄ triſticiaꝫ quã q̄s hꝫ in diuinis
intantū malus efficit̄ q̄ ēt ſpūalia mo
dica aut nulla eſtimat ⁊ ēt impugnat.
D ¶ Quo ad tertiū pꝛincipale notandū
q̄ plura remedia ſunt ꝯtra accidiam.
Primū eſt ꝯſideratio deteſtabilitatis
huiꝯ vicij. vt apparet ꝑmo in cōſidera
tiōe exēploꝝ oim reꝝ laboꝛantiū. Nã
in vita carētibꝯ ſol ⁊ aſtra q̄tidie gyruꝫ
mūdi circūeunt. In hn̄tibꝯ vitã vege-
tabilē herbe ⁊ arboꝛes minimū initiū
hn̄tes. in m̄ltis aduerſis ad magnam
quãtitatē ꝑueniūt. In ſenſibilibꝯ dicit
Salomō Prouer. vj. Vade ad foꝛmi
cã o piger. ⁊ ꝯſidera vias eiꝯ. ⁊ diſce ſa
pietiã. In malis hoibꝯ q̄t ſunt ſtudia
mūdo ꝑtēdi. In bonis hoibꝯ Cecilia
q̄ſi apis argumētoſa dn̄o ſeruit. In an
gel' bonis ⁊ malis ꝯtīua ſūt exercitia
Scōm ē q̄ tm̄ diſpliceat dn̄o. vñ Apoc
.iij. Quia tepidꝯ es incipiã te euomē.
Cã ſꝫm glo. qꝛ quādã ſecuritatē accipi
unt de bonis aliq̄bꝯ. Itē Lu. xv. Gau
diū ē angel' ſuꝑ vno pctoꝛe ſcꝫ feruido
pniam agēte. q̄ꝫ ſup nonagitanouem
iuſtis q̄ nō indigēt pnia. ſ. tepide viuē-
tibꝯ ſꝫm Grego. Itē Luc. xiij. de ficul-
nea dicit̄ infructifera. Succide illam
vt q̄d etiã terrã occupat. Tertiū eſt q̄
accidia multū placet diabolo. Vnde
Matt. xij. Immūdus ſpūs exiēs ab
homie. inueniēs domū vacantē. vadit
⁊ aſſumit alios ſeptē ſpūs nequioꝛes
ſe ⁊ intrãtes habitãt ibi. Itē Matth.
.viij. Demones dixerūt xp̄o. Si eijcꝭ
nos. mitte nos in gregem poꝛcoꝝ. Et
Job. xl. dr̄ doꝛmire. ſ. demon i loco ca
lami. ꝑ qđ vacuitas deſignat̄. Scōm
remediū ē rōnabilis diuerſitas occu-
pationū. ſꝫ oꝛdinata dꝫ eē ⁊ rōnabilis.
vt docet exēplū in vitas patrū. vbi btō
Anthonio accidia tentato angelꝯ ap-
paruit quē vidit ꝑmo funiculū toꝛq̄n-
tē. deinde oꝛãtē. deide ſpoꝛtas texētē.
⁊ iteꝝ oꝛoni vacantē. ⁊ ſic facere An-
thoniū iubētem ꝯ̄ accidiã. Tertiū ē vt
cū ſentit triſticiã accidie q̄s interdū q̄-
rat bonã ſocietatē cū q̄ veriſilr ſolū de
deo ⁊ licitis tractet lete. Exēplū i vitas
patꝝ. vbi ſepe illō fecerīt. In cuiꝯ figu-
ra legit̄ Exod. xvij. q̄ Joſue pugnãte
ꝯtra Amalech oꝛabat Moyſes leuãs
manꝯ ad deū. cuiꝯ manꝯ erãt g̃ues. ſed
Hur ⁊ Aaron ſuſtētabant manꝯ eiꝯ ex
vtraqꝫ pte. Quartū vt hō ſe cogat ad
exercitiū ſpūaliū q̄ faſtidit. nã habitꝯ
delectabil' nō niſi ꝑ actꝯ interdū triſteſ
m̄ltiplicatos acq̄rit̄ ex. ij. Eth. Quītū
vt cū magno conatu q̄s memoꝛet̄ dei
tot bñficia. Et ſi ſꝫm pſ. renuit ꝯſolari
aīa. credat qđ ſeq̄t̄. Memoꝛ fui dei et
delectatꝯ ſum. Opoꝛtet aūt hūc cona
tū magnū eē. qꝛ hō in triſticia ꝯſtitutꝯ
difficulter talibꝯ imoꝛat̄. Sextū ē ex-
cluſio ꝓ poſſe triū radicū accidie ſu-
pra in ꝑncipio capl'i poſitaꝝ. In cuiꝯ
figura dr̄ Leuit. vj. Ignis i altari meo
ſp̄ ardebit quē nutriet ſacerdos ſbijci-
ens ligna mane ꝑ ſingulos dies. Se-
ptimū ē ꝯſideratio pene inferni ⁊ pur
gatoꝛij ⁊ beatitudinis q̄ expectamus
ſꝫm nr̄m meritum vel demeritū. Vñ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

invitis patrū. Quidam pater cōque-
ſtus eſt patri Achilli accidiā. Rn̄dit
alter iō pateris. q2 nondum vidiſti re-
quiem celi. nec penā inferni. Octauū
⁊ ſummū remediū dei gr̄a eſt. Pſ.
Viā mandatoꝝ tuoꝝ cucurri cum di
lataſti cor meū. Vn̄ in Cant᷑. Trahe
me poſt te curremus in odore vnguē
torum tuoꝝ Cantic. j. Pſ. Erraui ſic
ouis que periit ⁊c̄.

¶ Capitulum. xxj.

Decimoſexto phibetur erube-
ſcentia xp̄m ſequēdi ⁊ eius do
ctrinā in neceſſariis ad ſalutē
A Vn̄ Luc. ix. ait. Qui me erubuerit et
meos ſermones. hunc filius hominis
erubeſcet cū venerit in maieſtate ſua
⁊ patris ⁊ ſanctoꝝ angeloꝝ. id eſt. ad
modū erubeſcētis ſe habebit dicens:
Neſcio vos. ſicut ait v̾ginibus fatuis.
Matth. xxv. ⁊ clauſa eſt ianua. Tria
ſunt hic dicēda ⁊ videnda. Primo de
verecundia ſeu erubeſcētia bona. Se-
cūdo de mala de quib9 dicit᷑ Eccl᷑. iiij.
Eſt cōfuſio adducēs peccatū. ⁊ ē con
fuſio gr̄am ⁊ gl̄iam adducēs. Tertio
B de remediis male erubeſcētie. ¶ Circa
ad primū notandū ſm̄ Tho. ſcd̄a. ij.
q. cxliiij. q2 verecūdia ē timor de actu
exprobrabili facto vel fiendo. Dicitur
primo timor q̄ eſt reſpectu ardui poſ-
ſibilis reſpectu cuius nō eſt triſticia.
Ex quo p3 q2 pfecti nō erubeſcūt faci-
liter de futuris malis ppetrabilib9. q2
nō apprehendūt mala op͂a vt difficul-
ter ab eis mediante gr̄a vitabilia. Itē
p3 q2 malicioſi nō ſunt verecūdi. quia
ex habitu facilia putāt mala. Dicitur
de actu turpi. in q̄ includit᷑ cogitatio.
verbū vel omiſſio turpis. Dicit᷑ turpis
ſeu exprobrabilis. Sed q̄ ſunt turpia
exprobrabilia ſeu inhoneſta: Rn̄deo.
q2 nuditas corpis in adulto reſpectu
alterius. Itē diſcooptura mēbri im-
mundi. puta genitaliū. poſteriorum ⁊
vberum. Ex quo p3 q̄ᷓ male faciāt ve-
ſtes curtas portantes quo ad viros. ⁊
vbera nudātes quo ad mulieres ⁊ tu-
nicas leuātes ſine cauſa. Rō iſtoꝝ eſt
q2 a natura talia veremur. vt dicit bea-
tus Aug᷑. li. de ci. dei. ꝯtra diogenē.
Itē omē pctm̄ eſt erubeſcibile. pcipue
tn̄ luxurie furti ſeu ſubtractōis alieni
boni ⁊ mēdacij. De quib9 inter cetera
dicit᷑ Eccl. xlj. Erubeſcite a patre ⁊ ma
tre de fornicatiōe. ⁊ a p̄ſidēte ⁊ potēte
de mēdacio. ⁊ a pncipe ⁊ a duce de de
licto. ¶ Quod aūt turpe ſit omē pctm̄ p3 C
tripl'r. Primo q2 peccatū nuditatē fe
cit erubeſcibilem. Nam Gen̄. ij. dicit᷑
Erat vterq3 nudus Adā ſc3 ⁊ vxor ei9
⁊ nō erubeſcebāt. Rō. q2 nullū pecca-
tum fecerant ⁊ futurū faciliter vitare
poterāt. Interim enī q2 mens ſupiori
obediebat creatori quicq̄d infra men
tem erat. vt mēbra corpis ⁊ etiā beſtie
hoi obediebāt. ſ3 eo ipſo quo hō deo in-
obediēs fuit. obediētia multoꝝ hoi ē
ſubtracta. Iō Gen̄. iij. dr̄. Poſtq3 am
bo de fructu vetito guſtauerūt aperti
ſūt ocli amboꝝ. vic3 expientiā haben
do q2 malū pus mēte nouerūt. Cūq3
cognouiſſent ſe eē nudos cōſuerūt fo
lia fic9 ⁊ fecerūt ſibi perizomata. Plu
ra ibi de verecūdia vic3 q2 ad vocē dei
fugerūt qn̄ deus q̄ſiuit. Adam vbi es:
q2 deus ait. q̄s tibi indicauit: ¶ Scd̄o D
cum erubeſcētia ſit fuga rei turpis. ⁊
pctm̄ ſit opus diaboli ꝯtra nāꝫ. imo
eo remoto omīa decētia forēt. conſtat
pctm̄ eſſe maxime erubeſcibile. ⁊ q2
plus eſt in eius compatione alia eru-
beſcibilia nō ſunt. teſte Greg᷑. dicēte
de maria magdalena. quia ſemetipſaꝫ
grauiter intus erubeſcebat. nihil eſſe
credidit q̄d verecundaretur foris. Ter
tio erubeſcētia ē reſpectu immundoꝝ
ſ3 in compatione peccati alia immun
da mūda ſunt. Vn̄ Matth. xv. Que
de ore procedunt. de corde exeunt. et

ea coinquinãt hoīem. de corde enim
exeunt cogitatiões male. homicidia.
adulteria. fornicatiões. furta. falſa te-
ſtimonia. blaſphemie. hec ſunt q̄ coin
quinant hoīem. Pſ. Corrupti ſunt ⁊
abhominabiles facti ſunt ſcʒ iniqui.
Dicit̄ facto vl' fiendo. q2 plura fecim⁹
q̄ erubeſcere debem⁹ ⁊ neſcim⁹ an de
facto luere coraʒ deo habeam⁹. plura
etiã ſunt q̄ ꝑpetrare poſſem⁹ turpia.

E ¶ Notandũ ſcd̃o ſm Tho. vbi prius.
⁊ phm. ij. ⁊. iiij. Ethic. ꝙ verecũdia q̄ꝛ-
uis non ſit virtus eo ꝙ v̄tus dicit ꝑfe
ctionẽ habit⁹. ꝑfect⁹ aũt vir nõ timet
aliq̄d vt futurũ arduũ poſſibile vl' dif-
ficulter vitabile. ꝫ ꝓpter habitũ facilit̄
vitabile turpe. tñ verecũdia ẽ bonum
q̄d ⁊ laudabilis paſſio. ⁊ hitus ꝯſilis
ei⁹ acq̄ri põt. laudabilis. inquã q̄ntu
plici rõne. Primo q2 frenũ ẽ ſenſuali
tatis q̄ð dũ q̄s hʒ a multis malis pre-
ſeruat̄ actibus ⁊ ſpes eſt de ei⁹ corre-
ctione. Vñ q̄dam phs dicit. Erubuit
res ſalua eſt. Secũdo eſt ornamentũ
precioſuʒ quo decorat̄ iuuẽtus ⁊ mu-
liebris ſexus. Unde Ecc. vij. Gratia
verecũdie ei⁹ ſcʒ mulieris ſenſate ⁊ bo
ne ſup aurum. Tertio eſt oculus qui-
dam mẽtis oſtendẽs opus de quo q̄s
verecundat̄ eſſe examinanduʒ an bo-
num. ⁊ tunc erubeſcẽtia eſt expellẽda
ſi malũ tunc eſt dimittenda. ſm illud
Matth. vj. Si oculus tuus nequam
fuerit. totum corpus tuũ tenebroſum
erit. Quarto eſt priuilegium humãe
conditionis in hac vita quo carẽt oia
animalia irrõnalia. quia nullum eorꝫ
verecundat̄ ꝓprie. quia turpe non ꝑ-
cipit. vt pʒ in eorum actibus. Quin-
to gratiam a deo meret̄. Vñ Geñ. ix.
Sem verecundus benedicit̄ ⁊ Cham
maledicit̄. Etiam Luc. j. ad ingreſſuʒ
angeli Maria verecũda ⁊ timida au
diuit. Ne timeas maria. inueniſti gra
tiam apud dominũ. Quo cõtra q̄cꝫ
mala incurrũt inuerecũdi ꝑ oppoſitũ
que faciliter conſiderare potes. Vn-
de Hiere. iij. Frons mulier⁊ meretri
cis facta eſt tibi. noluiſti erubeſcere.
Item ibidem. vj. Cõfuſione nõ ſunt
confuſi ⁊ erubeſcere neſcierũt. ¶ Ter- F
tio notandũ ꝙ verecũdia q̄ etiã nõ eſt
pctm̃ repitur in multis. Primo in ꝑ-
fectis ⁊ ſenibus q̄ ad habitũ multũ. et
parũ quo ad actũ. q̄a nõ apprehẽdũt
turpia vt poſſibilia ſibi ⁊ difficult̄ eua
ſibilia. ꝫ tñ ſunt ſic diſpoſiti vt ſi in eis
eſſet aliq̄d turpe de hoc verecũdarent̄
vt dicit phs. iiij. eth. Secũdo repitur
plus in mediocriter bonis. quia ĩ eis
eſt aliquid de amore boni. ⁊ tamẽ nõ
ſunt totaliter imunes a malo. Tertio
plus repiendum eſt de verecundia in
feminis. Quarto plus in virginibus
adultis. Quinto maxime in iuueni-
bus vtriuſcꝫ ſexus poſtq̄ꝫ venerint ad
vſum rõnis. Verecũdia aũt carent q̄
ſunt in patria. Item vſu rõnis caren-
tes in via Adam ⁊ Eua caruerunt in
paradiſo. Et malicioſi qui nihil apph-
hendunt vt turpe. nec malum timent
Eſt preterea triplex verecũdia. q̄dam
naturalis vſum rõnis ꝓueniens ſicut
alie paſſiones. Alia eſt materia merẽ
di. vt iſta q̄ inſurgit rõne ĩfamie inno-
centis. Tertia ẽ meritoria ⁊ ſatiſfacto
ria. vt iſta quã habem⁹ in ꝯfitẽdo pec
cata. Vñ Berñ. Quãtũ diſplicet deo
impudicia peccatoris. tantum placet
deo erubeſcẽtia penitẽtis. ¶ Quo ad G
ſcd̃m principale notandũ ꝙ ſm Tho.
vbi ſupra. mala verecũdia ẽ timor in-
ordinatus de actu nõ vere ꝫ apparent̄
ex probabili ſeu turpi facto vl' fiendo
Pro cuius declaratione aduertendũ
cũ timor ſit de eſſentia verecũdie quã-
tum ad propoſitum ſufficit timor vel
metus. qui ſm Tho. in. iiij. diſ. xxxix.
eſt inſtantis vel futuri periculi cauſa
mẽtis trepidatio. Et eſt duplex met⁹

quidam qui cadit in cōſtantē virum. Alius qui nō cadit in cōſtantē viruʒ. Conſtans em̄ ꝓprie eſt virtuoſus. ⁊ in conſtans vicioſus. Metus aūt cadēs in conſtantē virū eſt qn̄ minus maluʒ ſuſtinendū cogit metu maioris mali. Hic timor cadit in ꝯſtantē virū. Cui⁹ rō eſt. q: ſm̄ phm̄. ij. ethi. conſtās ⁊ vir tuoſus eſt mēſura omniū operꝝ ſuorꝝ Scit em̄ quid fugienduʒ ⁊ q̄d faciendum ſit. Jdcirco eligit magis ſuſtinere minus malū ꝙ̄ mai⁹ malū incidere vbi vnū fieri oportet. Et differt con ſtans ab incōſtanti dupl'r. Primo ele ctione q: eligit quodcūꝗ malū pene pati. puta priuationē bonorꝝ exteriorū fame vel vite ꝙ̄ peccare. De q̄ dicit Anſhel. li. Cur deus hō. ꝙ ꝓ infinit⁊ mūdis ſaluādis ſcʒ corꝑaliter nō eſſet cōmittendū pctm̄. Incōſtans aūt vi cioſus eligit poti⁹ ſubire mai⁹ malū. puta pctm̄ ꝓpter delectationē annexā ꝙ̄ vitare minus malum. puta ꝑdere temporalia. Nam minimū peccatum eſt maius malum ꝙ̄ maximū maluʒ pene ſit malum. Alia differentia ē qn̄ tum ad eſtimationē periculi vel pene imminētis. quia ꝯſtans nō cogit niſi forti ⁊ ꝓbabili eſtimatione. Incōſtās autē pro leui eſtimatione ⁊ fugit quo

D dāmō nemine ꝑſequēte. ¶ Eſt aūt q̄druplex metus qui cadit in cōſtanteʒ virum. Primus eſt metus mort⁊ ab eo qui intendit ⁊ pōt occidere. Secūdus eſt grauis cruciat⁹ corporis. puta verberatio. torſio. incarceratio. ⁊ huiuſmodi. Tertius eſt met⁹ ſtupri qui bonis viris maior ꝙ̄ mortis eē debet Item ſi quis dedit aliquid ne ſtuprū patiat vir vel mulier. Quartus ſerui tutis metus. Et dicit Tho. Pe. ⁊ Alber. ꝙ nō differt vtrꝝ hec ꝑdicta q̄tuor fiant in ꝑſona ꝓpria ſiue in ꝑſona libe rorū ſiue vxoris. Itē ſi q̄s i adulterio vel furto vel flagitio alio dep̄henſus dedit aliquid vel ſe obligauit. ad ꝑdicta quattuor ꝑtinet. q: timuit morteʒ vel pericula vel vincula. Itē ſi dep̄hēſus dedit q̄d dep̄henſori vel ꝓmiſit ne ꝓderet. pertinet ad quattuor ꝑfata. q: ꝓditus ꝑnominata potuit pati. Metus aūt cadens in ꝯſtantē virū eſt q̄ fit ꝑ minas verborꝝ. vt niſi hoc feceris nō habebis gratiā meā. vel non diligā te ⁊ filia. Etiā ſm̄ legiſtas timor iſamie ⁊ vexatiōis nō caderet in cōſtantē virum ⁊ ſub quattuor ꝑfatis. q: talibus multis modis ſubueniri pōt. Et nota ꝙ metus cadit in vnuʒ qui nō diceret cadere in aliū. Nō em̄ ē veriſimile regem timere debuiſſe militē ꝑuū. ⁊ mi nor met⁹ excuſat in caſu feminā ꝙ̄ virū. Metus igit cadēs in ꝯſtantē virū facit ꝙ ꝓmiſſa vel data tali metu nec corā deo nec coraʒ eccl'ia tenēt. vt matrimoniū tali metu ꝯtractū. ⁊ alia data vel ꝓmiſſa. Nō eſt. q: ꝯſenſus in ta libus nō eſt liber mere ſʒ coactus. nihil ꝗ̄ dedit libere. imo metus cadens in ꝯſtantē virū impetrat reſtitutioneʒ

in integrū. ¶ Sed querit. Vtrūʒ ille I

qui ꝑ metū cadentē in ꝯſtantē virꝝ cōpulſus aliq̄d ꝓmittit de tēporalibus teneat illō poſtmodū adimplere. Re ſpōdet Alb. in. iiij. Credo ꝙ vbi ē iudiciū ꝑ q̄ð inueniri pōt defenſio a iudicante etiā coactus dʒ ſoluere ꝓmiſ ſum. Ec ꝯpetit ei actio ex lege ⁊ ex ca none. ⁊ iudex dʒ eū reſtituē i integrū. Si aūt defect⁹ ſit iudicū. puto ꝙ nō debet ſoluere ſʒ aliquā leuē ꝓpt cautelā facere penitētiā de ꝓmiſſo. ꝑcipue ſi fides vel iuramentū nō interuenit. Si aūt iuramētū iteruenit. dicūt mul ti ⁊ etiā mihi ſatis ꝓbabile videt eſſe ſoluendū. Si aūt nō ſoluit ⁊ iuramen tum violauit. ⁊ poſtea venit ad penitē tiā videtur mihi nō eſſe cogendus ad ſolutionem. ſed tantum ad fracti iuramenti emendationem. hec Alber.

K ¶ Dubitatꝛ an timoꝛ in genere de ti-
moꝛe loquẽdo excuſet a peccato. Rñ.
ſm Tho. ſcða .ij. q. cxxij. arti. iiij. Ti-
moꝛ intantũ habet rõnem pcti inq̃tũ
eſt ꝯtra oꝛdinẽ recte rõnis. que ẽ regu
la humanoꝝ actuũ. Recta autẽ ratio
iudicat quedã mala magis eẽ aliis fu
gienda. ⁊ iõ quicunq̃ vt refugiat ma-
la q̃ ſm rõnem magis ſunt fugienda
nõ refugit mala que ſunt minus fugi
enda. non ẽ peccatum. Sicut magis
eſt fugiẽda moꝛs coꝛpalis q̃ȝ amiſſio
reꝝ. Vnde ſi q̃s ꝓpter timoꝛẽ moꝛtis
latronibus ꝑmitteret aut daret excu-
ſaretur a peccato qð incurreret ſi ſine
cauſa legitima pretermiſſis bonis ho
minibus quibus magis eẽt dandum
peccatoꝛibus largireꝛ. Si aũt aliquis
per timoꝛẽ fugiens mala q̃ ſm rõneȝ
ſunt minꝰ fugiẽda incurrat mala que
ſm rõnem ſunt magꝭ fugiẽda. nõ põt
a peccato totaliter excuſari. q2 talis ti-
moꝛ inoꝛdinatus eſſet. Sũt ãt timen
da magis mala aĩe q̃ȝ coꝛpis. ⁊ mala
coꝛpoꝛis quã exterioꝝ reꝝ. Et ideo ſi
quis incurrat mala aĩe. id eſt. peccata
fugiens mala coꝛpis puta flagella vel
moꝛtẽ. aut mala exterioꝝ. puta dãnũ
pecunie. aut ſi ſuſtineat mala coꝛpoꝛiſ
vt vitet damnũ pecunie. nõ excuſatur
totaliter a peccato. diminuitur tamen
aliquod eius peccatum. quia minus
voluntarium eſt quod ex timoꝛe agi-
tur. Imponitꝛ eñ homi quedã neceſſi
tas aliq̃d faciẽdi ꝓpꝛ imminentẽ timo
rẽ vt faciat volũtariũ mixtũ ſm phm.
L ¶ Sed qñ eſt timoꝛ peccatũ moꝛtale.
Rñ. ar. iij. Timoꝛ eſt pctm̃ ſm q̃ ẽ in-
oꝛdinatus prout ſcȝ refugit q̃s qð ſm
rõnem non eſt fugiendum. hec aũt in
oꝛdinatio timoꝛis quãdoq̃ quidẽ cõ-
ſiſtit in ſolo appetitu ſenſitiuo non ve
niente ex cõſenſu rationalis appetitꝰ.
⁊ ſic non eſt peccatum moꝛtale ſed ve-
niale ſolum. Quandoq̃ vero huiuſ-
modi inoꝛdinatio timoꝛis ꝑtingit vſ-
q̃ ad appetitũ rõnaleȝ qui dicitꝛ volũ-
tas. que volũtas ex libero arbitrio re
fugit aliquid nõ ſm rõnem. Et talꝭ in-
oꝛdinatio timoꝛis qñq̃ ẽ pctm̃ veniale
quandoq̃ moꝛtale. Si eñ quis ꝓpter
timoꝛẽ quo refugit quis ꝑiculuȝ moꝛ
tis. vel q̃dcunq̃ aliud tẽpoꝛale maluȝ
ſic diſpoſitus ẽ vt faciat aliq̃d ꝓhibi
tum. vel ꝑtermittit aliq̃d quod ẽ pre-
ceptũ in lege diuina. talis timoꝛ ẽ pec
catũ moꝛtale. alioquin erit peccatum
veniale. Vñ Apoc. xxi. Timidis ⁊ in-
credulis ⁊ execratꝭ pars erit in ſtagno
ignis ⁊ ſulphuris. qð ẽ moꝛs ſecunda
hec de Tho. Quicq̃d igitꝛ de timoꝛe
dictũ eſt illud ad verecundiam appli
candũ eſt. ¶ Ad ſciendũ qñ verecũdia M
ſit peccatũ venialevel moꝛtale. Notã-
dum ſm Tho. ſcða. ij. q. xix. arti. ij. et
.iij. q̃ timoꝛ mũdanus ẽ quo quis in-
oꝛdinate timet amittere bona exterio
ra. Humanus quo q̃s timet ꝓprie ꝑ-
ſone. ⁊ ꝑtinent ad vnũ timoꝛeȝ in re q̃
quis a deo recedit ꝓpter amoꝛeȝ crea-
ture ⁊ coꝛpis detrimentũ. Etiã timere
taliũ ꝑditionẽ interdũ eſt naturale. in
terdũ viciũ. Naturale eñ eſt qð refu-
git ꝓprij coꝛpis detrimentũ. vel etiam
damnũ tpalium reꝝ. Sed q̃ hõ ꝓpter
iſta recedit a iuſticia ẽ ꝯtra rõnẽ natu-
ralẽ. Vñ phs. iij. ethic. dicit q̃ quedã
ſunt peccatoꝝ opa ad q̃ nullo timoꝛe
dȝ q̃s cogi. q2 peius eſt hmõi pctã cõ-
mittere q̃ȝ penas quaſcũq̃ pati. Dici
tur in diffinitiõe de actu nõ vere ſȝ ap-
parenter exprobrabili. ¶ Vbi nota q̃ N
duplices ſunt actus. quidã vere expro
brabiles vt in ꝑncipio capituli patuit
Alij nõ vere exprobrabiles ſȝ apud fi-
lios huius ſeculi. De quibꝰ dicitꝛ Iob
.xij. Deridetꝛ iuſti ſimplicitaſ. Sup q̃
Grego. li. x. moꝛalꝭ. ſic dicit. Animus
quippe viri iuſti nõnunq̃ȝ operi recto
conſtanter innititur. ⁊ tamen hũanis

irriſionib⁹ vrget. Mirandã agit̃ ob-
probria recipit. q̃ ab hui⁹ mũdi ſapi-
entib⁹ puritatis v̾tus fatuitas credit.
Quid nãq̃ mũdo ſtulti⁹ videt̃ q̃ mẽ-
tem v̾bis oñdere. nihil callida machi-
natiõe ſimulare. nullas iniurijs cõtu-
melias reddere. p maledicẽtib⁹ orare
paup̃tatẽ q̃rere. poſſeſſa relinq̃re. rapi-
enti nõ reſiſtere. pcutiẽti vnã maxillã
alterã pbere: ſ; qd abominãt egyptij.
iſraelite deo offerũt. Subdit. Lapas
cõtẽpta apud cogitatões diuitũ. id ẽ.
ſupboꝝ parata ad tempus ſtatutũ.

P Item notãdũ q̃ malã verecũdiã mul-
ti hñt ſm q̃ multipliciter aliq̃ peccãt.
vt in ſeptẽ pctis capitalib⁹. Pmo q̃dã
verecundant̃ humiles eẽ. aut in veſte
cõtra exemplũ Johãnis baptiſte. ve-
ſtiti zona pellicea Matth. iij. Aut nõ
querẽdo neceſſaria dubia. ꝯtra xp̃i ex-
emplũ qui i medio doctoꝝ q̃ſiuit Lu-
ce. ij. Aut verecũdantes q̃ñ nõ ſciunt
rñdere ad q̃dã inutilia. Sicut Home-
rus vt refert Policratus. q̃ pblema
pediculoꝝ ſoluere nequiẽs p triſticia
mortu⁹ ẽ. Aut ſacramẽto reuerẽtiam
nõ faciẽtes. cõtra exẽplũ milit̃ q̃ pcio-
ſe indut⁹ equũ deſcẽdit in luto genua
flectẽdo ad eucharistiã ſm ſuã cõſue-
tudinẽ. vt Ceſarius refert in ſuo dialo-
go. Scdo ſunt alij verecundãtes pau-
pertatẽ. que ẽ inſtrumentũ hũilitatis
lima peccatoꝝ. ⁊ xp̃i ornatus. Alij ce-
lant genealogiã pauperũ. Quo ꝯtra
dicitur de Guilhel. ep̃o pariſieñ. qui
ſcobam cũ qua pater ſuus piſtor for-
nacem purgare ſolebat in camera ſua
ſemp habebat. vt videret ſe de pauper-
tate eleuatũ. Et Eſa. xlviij. Ecce exco-
xi te ſ; nõ quaſi argentũ. elegi te in ca-
mino paupertatis. ꝑpter me faciaȝ vt
non blaſphemer. gloriam meaȝ alteri
non dabo. Tertio alij verentur detra-
ctiones caſtitatis. cõtrahũt. cõtra ex-
empla virginũ q̃ etiã ſanguinẽ effun-
dere non erubuerunt. Vñ Sapie. iiij.
Multigena aũt impioꝝ multitudo
nõ erit vtilis. ⁊ adulterine plantatiões
nõ dabũt radices altas. nec ſtabile fir-
mamentũ collocabũt. ⁊ ſi in ramis in
tp̃e germinauerint infirmiter poſita a
vẽto ꝯmouebunt̃ ⁊ a nimietate vento-
rum eradicabunt̃. Quarto alij patien-
tiã recuſantes verecũdant̃ iraȝ ſopire.
cõtra xp̃i verbũ. In patientia v̾ra poſſi-
debitis aĩas v̾ras Luc. xxj. Quito alij
verent̃ ignoſcere in ſe peccãtib⁹. cõtra
exemplũ xp̃i. qui totiẽs preſertim die
crucifixionis offenſus oĩa cõdonauit
Sexto aliũ abſtinentiã verentur ꝑpter
obloquẽtes. cõtra exemplũ Honora-
ti pmo dialogoꝝ Greg. vbi dicit̃. q̃
in ꝯuiuio carnes comedere nolẽs mi-
raculoſe piſcẽ obtinuit. Septimo alij
ex inertia ⁊ puſillanimitate timẽt mo-
rituris mortẽ annũciare. cõtra exem-
plũ Eſaie dicentis Ezechie. Diſpone
domui tue. q̃ morieris tu ⁊ nõ viues.
Eſa. xxxviij. Alij verecũdant̃ infirmis
obſequi xp̃m fugiẽtes. Alij verecũdã-
tur corrigere vicia filioꝝ. ancillaꝝ ⁊ fa-
milie. quos oẽs valde terrere deberet
formida hec xp̃i ſentẽtia Luc. ix. Qui
me erubuerit ⁊ meos ſermones. hũc
fili⁹ hoĩs erubeſcet cũ venerit in maie-
ſtate ſua ⁊c. Quo ad tertiũ pncipa-
le notãdũ. q̃ ad expellendã verecũdiã P
valẽt ſeptẽ. Pmo ꝯſiderare xp̃i maxi-
mã dehonorationẽ in ſua morte. Naȝ
ad feſtũ paſce de oĩ terra quaſi aliqui
hieruſalẽ venerãt. xp̃s famoſiſſim⁹ in
verbo facto ⁊ v̾tute fuerat. crux turpiſ-
ſima fuit pena. ⁊ tñ voluit in medio la-
tronũ educi ⁊ mori ⁊ nud⁹ oĩno exui. q̃
oĩa aliã ⁊ aliã verecũdiã maximã incu-
tere potuert̃. Et tñ ad Hebre. xij. Pro-
poſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucẽ ꝯfu-
ſiõe ꝯtẽpta. Quare vt ibidẽ dicit̃. Exe-
amus extra caſtra improperiuȝ eius
portãtes. Secũdo videamus exẽpla

ſanctoꝝ qui verecundiã poſtponẽtes.
D virtutibus inſudarũt. Nam Heb. xj.
Fide Moyſes grandis factꝰ negauit
ſe eẽ filiũ filie Pharaonis. voluit eñ
magis affligi cuꝫ populo dei ꝙ̃ tẽpo-
ralis pcti habere iocunditatẽ. Suſan
na magis voluit mori turpiter ꝙ̃ puri
tatẽ matrimonialẽ ꝑdere. Danie. xiij.
Itẽ Act. v. Ibãt apl'i gaudẽtes a cõ-
ſpectu cõcilij qm̃ digni habiti ſunt cõ
tumeliã pro nomie Jeſu pati. Tertio
ponderandũ ẽ ꝙ̃ malum ꝛ ſtultũ ſit di
mittere opa bona ex verecũdia. Nam
tales faciũt ſicut vir q̃ ꝓpter latratũ ca
niculi caſtrum non defenderet. ſicut
equus qui truncuꝫ vmbroſum formi-
daret. Et ſicut vidẽtes recti ꝛ ſani irri-
ſionẽ cecoꝝ curuoꝝ ꝛ leproſoꝝ ꝛ iudi-
cia eoꝝ falſa curare non debẽt. ꝓ nihi
lo enim irriſiões curãde ſunt talium.
Quo ꝯtra Leuit. xxvj. dicit. Terrebit
eos ſonitus folij volãtis. Quarto valꝫ
conſiderare erubeſcentiã quã in futu
ro ſuſtinebunt bona facere erubeſcen
tes Luc. ix. Qui me erubuerit ꝛ meos
ſermones ꝛc̃. Quinto ſexto ꝛ ſeptimo
valet conſiderare tres radices verecũ-
die male ꝛ illas extirpare. Prima ra-
dix ẽ amor placẽdi mũdo. Sen. De-
ſines timere ſi ſperare deſieris. Idem
Nõdum felix es ſi non turba deridet
te. Matth. v. Beati eſtis cũ maledixe
rint vobis hoies. Scða. elõgatio dei
ab aĩa q: ſi pñs eſſet multũ diceret q̃s
illud ps. Si ambulauero i medio vm
bre mortis. non timebo mala. qm̃ tu
mecum es domine. al's timeret. Figu
ra huius ẽ in Petro qui xp̄m ſequẽs
a longe ter negauit ex timore ꝛ verecũ-
dia. Tertia cauſa ẽ auiditas honoris
trãſitorij q̃ cũ a falſis attribuit facilr
perdit ꝛ apud neminem vniuerſaliter
honor habet. Si inquit apl's homini
bus placerem Chriſti ſeruus non eſ-
ſem Galath. j.

Capitulum. xxij.

Q Uia igit ſupbtevicium cauſas
inobedientiã ꝛ ꝓceptoꝝ trãſ-
greſſionẽ atq; contemptũ. Id-
circo decimoſeptimo tria pncipaliter
de hmõi ꝓnũc ſunt videnda. Primo A
quibus ex ꝓcepto ſit obediendũ. Se
cũdo q̃d ſit cõtemptus. ꝛ qñ mortale
pctm̃. Tertio de inobedientia. quãdo
ſit mortale pctm̃. Quantum ad primum
dubitat. An ſubditus teneat prelatis
ſuis in oibus obedire. Rñdet Thom.
ſcða. ij. q. ciiij. ar. v. Obediens mouet
ad imperiũ precipiẽtis quadã neceſſi
tate iuſticie. põt aũt cõtingere ex duo
bus ꝙ ſubditus non teneatur ſupiori
ſuo in omnibus obedire. Uno modo
propter preceptuꝫ maioris. vt dicitur
Rom. xiij. ſup illo. Qui poteſtati reſi
ſtit dei ordinatiõi reſiſtit. Qui reſiſtũt
ipi ſibi dãnatiões acquirũt. Ubi glo.
Aug. Si quid iuſſerit impator. nun
quid faciendũ eſt ſi ꝯtra ꝓcõſulẽ iube
at. Rurſum ſi quid ipe ꝓconſul iube-
at ꝛ aliud imperator. nunq̃d dubitat
illo contempto iſti ẽ ſeruiendũ. Ergo
ſi aliud impator aliud deus iubeat. il
lo cõtempto obtemperãdum eſt deo.
Ray. addit. ſi tamen dubitat ſubditus
vtrũ id qꝺ̃ ꝓcipit ſit ꝯtra deũ vel non
debet obedire. niſi eẽt tale q̃d in quo
nullo modo eẽt excuſabilis ignoran-
tia. puta cõtra articulũ fidei. precepta
vel prohibitiones vel generale ſtatu-
tum eccleſie. Al's bonuꝫ ſine quo põt
eſſe ſalus debet dimittere interdum.
propter bonum obediẽtie. Alio mo- B
do dicit Tho. Non tenet inferior ſuo
ſupiori obedire. ſi ei aliq̃d ꝓcipiat in
quo ei nõ ſbdit. Dicit eñ Seneca. iij.
libro de bñficijs. Errat ſi quis eſtimat
ſeruitutẽ in totũ hoiem deſcẽdere. ps
eius melior excepta ẽ. corpa obnoxia
ſt ꝛ aſcripta dñis. mẽs q̃dẽ eſt ſui iuris
Et iõ in his que ꝑtinent ad interiorẽ

motū voluntatis. hō nō tenet homini
obedire. ſ; in his q̄ exteri⁹ p corp⁹ ſunt
agēda. In quib⁹ tñ ſm ea q̄ ad naturā
corpis ptinēt. hō homi obedire nō te-
net ſ; ſoli deo. qꝛ oēs hoies nā ſunt pa
res. puta in his q̄ ptinēt ad corpis ſu-
ſtentationē ꝛ ꝓlis generationē. Vñ
nō tenent nec ſerui dñis. nec filij parē
tib⁹ obedire de mrīmonio cōtrahēdo
vel v̄ginitate ſuanda. aut aliquo alio
hmōi. ſ; in his q̄ ptinēt ad diſpenſatio
nem vel diſpoſitionē actuū ꝛ rerū hu-
manaꝝ tenet ſubdit⁹ ſuo ſupiori obe-
dire ſm rōnem ſupioritatis. Sic mi-
les duci exercitus in his q̄ ptinent ad
bellū. ſeruus dño in his q̄ pertinēt ad
ſeruilia opa exequenda. fili⁹ pr̄i in his
que ptinēt ad diſciplinā vite ꝛ curā do
meſticā. ꝛ ſic de alijs. Vlricus i ſūma
addit. Laici nō tenent p̄latis eccleſia-
ſticis obedire niſi in his ad quoꝝ ob-
ſeruantiā ſe in baptiſmo obligauerūt
ſc; vt teneāt verā fidē cū opibus quib⁹
abrenūciauerūt diabolo ꝛ oib⁹ ꝑom-
pis eius. Clerici aūt tenent eis obedi
re in his q̄ ptinēt ad officiū clericale.
C ¶ Dubitat ſcdo. Vtꝝ religioſus tene
atur in oibus p̄lato ſuo obedire. Rñ.
ſm Tho. vbi. ſ. Et Petꝝ de thar. ſu-
per. ij. diſ. vlt. q triplex ē obedientia.
Prima ſufficiēs ad ſalutē ſeu neceſſi
tatē qua. ſ. obedit q̄s in his ad q̄ obli-
gat. Obligat autē religioſus ꝛ ad illa
ſolū obedire tenet que poſſunt ad re-
gularem cōſeruationē ptinere. vt ſunt
promiſſa. ꝛ illa ſine quib⁹ religionis
profeſſio nō ſeruaret. vt mutua obſe-
quia ꝛ officia ꝛ hmōi. Et in his p̄lato
ſuo obedire eſt neceſſitatis. Secūda
eſt obediētia pfecta. que obedit in. oi-
bus licitis. ſ; illa nō eſt neceſſitatis iō
Ber. li. de diſpen. ꝛ p̄cep. dicit. Sub-
ditus nec citra ꝓmiſſa eſt inhibēdus.
nec vltra ꝓmiſſum cogēdus per legē
obedire. Tertia obediētia eſt indiſcre

ta que in illicitis obediret. ¶ Dubitat D
tertio. vtrū religioſus teneat o bedire
prelato ſuo in his q̄ ſunt ꝯtra regulā.
Rñ. ſm Pe. de thar. in quodlib. Eo-
rum q̄ religioſo a p̄lato ſuo iniungūt
tria ſunt genera. Quedā ſunt ſm re-
gulā. vt ea q̄ in regula ꝯtinent. ꝛ ea q̄
ad illoꝝ debitā obſeruātiā expediūt
vel requirunt. In his nō ē dubiū q̄n
abbati p̄cipiēti teneat monach⁹ obe-
dire. niſi excuſet rōnabili impedimē-
to. Alia ſunt p̄ter regulā. vt q̄ nec ibi
cōtinent. nec ad illa expediunt vel or-
dinant. vt leuare feſtucā. Et de his eſt
verior ꝛ cōior opinio q in leuiorib⁹ q̄
ſit regula tenet obedire. ſ; nō in ḡuio-
ribus. Que aūt oino p̄ter regulā ſūt.
in his nō tenet obedire. qꝛ nō tenetur
niſi quantū ſe obligauit ſua ꝓfeſſiōe.
perfecta tñ obediētia ēt in his obedit
Alia ſunt ꝯtra regulā vt quoꝝ oppoſi
ta ibi p̄cipiunt vl' ꝓhibent. De his di-
ſtinguēdū ē. qꝛ quedā ſunt in quibus
prelat⁹ pōt diſpēſare. Quedā in q̄b⁹
nō pōt. eo q regula vel ꝯſtitutio ꝓhi-
bet. Aut ergo certū ē religioſo q p̄la-
tus in tali caſu in quo p̄cipit non pōt
diſpēſare. ꝛ tūc nō deb; obedire. Aut
certū eſt q pōt. ꝛ tūc d; obedire. Aut
dubiū eſt an poſſit. ꝛ tūc rōne dubij di
co ſimpl'r q tenet obedire. hec de Pe.
¶ In dubijs eñ obediēdo alteri pre- E
ſertim ſupiori quis multipliciter ex-
cuſatur. Primo ſm Ray. in ſumma.
Subditus qui mouet bellum domi-
no ſuo ſibi mandante. Qñ eñ ſubdi-
tus ꝓbabiliter dubitat an dñs habe-
at iuſtū bellum. excuſatur ibi ſubdit⁹
ꝓpter bonū obedientie. l; forte peccet
dñs ꝯ deū mala p̄cipiēdo. Vñ Aug.
li. ꝯ manicheū. Vir iuſt⁹ ſi forte ſb re
ge ſacrilego militet recte pōt illo iubē
te militare vl' bellare. ſi quod iubet vel
nō eſſe cōtra p̄ceptum dei certum eſt.
vel vtꝝ ſit certum nō eſt. ita vt fortaſſe

rem facíat iniq̄tas imperādi. Inno
centem aūt militē oſtendat ordo ſer
uiendi. Sed intellige ſm Guil. quā
do dubitat miles an aſſint cōditōnes
requiſite ad bellum iuſtum. videlicet
ꝑſona. res. cauſa animus ⁊ autoritas.
Itē ſm Hoſtieñ. intellige ꝓbabiliter
dubitantē. q̄ū inq̄ſiuit quātū potuit
⁊ peritiores cōſuluit. ⁊ ſemꝑ dubius
remanſit. ne in cōſciētia ſit affectator
ignorātie. Vñ in rebus dubijs homo
ꝓ illuminatione ſui laborare debet vt
docet Aug. li. lxxxiij. q̄ſtionū. Et ha
bet diſ. xxxvij. §. finali dicēs. Nō ois
ignorans immunis eſt a pena. ille em̄
ignorans pōt excuſari a pena qui qđ
diſceret nō inueit. Illis aūt ignoſci ħ
nō poterit qui habētes a quo diſcerēt
operā non dederunt. Secundo excu
ſat dubiū aliqualiter in reddēdo debi
tum in matrimonio in caſu quo mu
lier crederet primū virum defunctū
⁊ iam aliū duxit. ⁊ nunc audit primū
virū viuere. Naz vt Tho. dicit. q. lrali
ſuꝑ. iiij. diſ. xxxviij. Si poſt ſecundū
cōtractum oriat̃ aliqua dubitatio ð vi
ta prioris viri ex aliqua cauſa q̄ certitu
dinē facere poſſit. nec reddere dꝫ. nec
exigere debitum. Si aūt cauſa illa fa
ciat probabilē dubitationē debet red
dere. ſed non exigere. Si aūt ſit leuis
ſuſpitio pōt vtrūqꝫ licite facere. quia
debet illam cauſaꝫ potius obijcere q̄
ſm hoc conſcientiā formare. ħ Tho.
Tertio excuſat̃ in dubio etiāvbi ſupe
rioris nō arcet mandatū. vt in ſcrupu
loſis ⁊ timoratis dictum eſt ſupra pri
mo precepto de regula tertia peccati
mortalis. Itē. iij. precepto de ſacramē
to eucharíſtie ⁊ de accedētibus cū re
ſu peccati. Quarto excuſant̃ ī dubijs
obediendo religioſi eo mō quo dictū
eſt nūc. iij. dubio. Quinto excuſatur
quis poſſeſſor alicuius rei quā credi
dit bona fide fuiſſe ſuam. eo q̄ habet

continuationē poſſeſſionis bona fide
iuſto titulo. ⁊ rem preſcriptibilem ibi
eſſe credidit. ⁊ ſic p̄ſcriptionē habere
locū credit. licet iā incipiat ex aliquo
motiuo dubitare an res ſit ſua. Dicit
em̄ Hoſtieñ. q̄ talis adhuc dicit̃ hr̃e
bonā fidē ⁊ vtetur fructibus. ⁊ ſic pre
ſcribit. Debet tñ ab alijs inquirere ve
ritatē. vt ſic ad eā ꝑueniat. ⁊ illa ꝓbat
ꝑ iura canōica ⁊ ciuilia. Itē dic̄ Bern.
in glo. extra de p̄ſcript. ſuꝑ. c. qm̄ oē.
Idē Inno. in glo. ibidē. Dubitatur F
quarto. quomō in dubijs quis ſibi re
ctam conſcientiā debeat formare. Re
ſpondet ſm Iohānē de tābacro. li. ð
cōſolatione theologie. xiiij. c. viij. In
dubijs inq̄t bonoꝝ viroꝝ vita alijs vi
uendi debet eē regula. Eſt igit̃ reſpici
endum ad facta bonoꝝ viroꝝ ⁊ diſcre
torū. Et ſi plures tales vel vt in pluri
bus caſu tali eis occurrēte ſic vel ſic ſe
hr̃e inuenires aut eſtimatiōe tua iudi
cares. tunc ⁊ tu ſimilit̃ agere nō formi
des. ħ ille. Ad idē ē Cancel. pariſieñ.
de gerſona tractatu de vita aīe lectiōe
ſexta ſic dicēs. Generale nam̄ docu
mentū credere ſcꝫ faciliter ſapientū et
bonoꝝ iudicio ⁊ cōtra eoꝝ cōmunes
ſentētias non leuiter ſibimet formare
ſcrupulos anxios ⁊ timidos. Fallor
ſi nō iubet ſapiēs. Fili ne innitaris pru
dentie tue. Et rurſus. Noli trāſgredi
terminos quos poſuerunt patres tui
Hoc p̄cipue neceſſariū eſt apud reli
gioſos reſpectu ſuperioꝝ ſuoꝝ. ħ etiā
apud ignaros diuinarū legū. hec ille
Idem dicit de iunioribus theologis
reſpectu ſententie ſeniorū. in quibus
vita ⁊ doctrina in moribus bonis cō
cordat. Et cauſam aſſignat. quia vir
tus longe certius arte opatur. ⁊ iuue
nes paſſionibus obtenebrant̃. Prefa
tis concordat Hierony. ſuper illud
Prouerb. iij. Ne innitaris prudentie
tue. Prudentie ſue inquit innititur

G quí ea q̄ ſibi agenda vel dicēda viden
tur patrū decretis ꝑponit. ¶ Quo ad
ſcd̄m ꝑncipale d̄ ꝯtemptu q̄d ſit ⁊ qñ
mortale pctm̄. Rñ. Cancel̄. de vita aie
lectione. v. vbi ſic dicit. Cōſului ſum‑
mā dñi Altiſidiorenſis vbi loquit̄ de
cōtemptu. ⁊ dicit ꝙ ꝯtēptus ē appcia‑
ri rē minꝰ iuſto. Alio mō eſt rē negli‑
gere ⁊ d̄ ea nō curare. vt dū peccās hꝫ
circūſtātias retrahētes ꝫ eas nō curat
aduertere. claudit q̄ꝫ oculuꝫ q̄dāmō
⁊ vertit tergū ad eas. Tertio mō ē ira
ſci rei tāq̄ꝫ vili ⁊ eā aſpernari. Primū
eſt malū. ſcd̄m peius. tertiū peſſimū.
Dicamus ꝫ ꝙ in oi pctō etiaꝫ veniali
cōmittat̄ ꝯtemptus dei. Primo mō
vere vl̄ interꝑtatiue. Scd̄s cōteptꝰ
interuenire pōt tam in mortali q̄ꝫ ſo‑
lo veniali. Tertiꝰ cōtēptus circa deū
precipientē. ⁊ erga ꝑlatū ſuū. inq̄ntuꝫ
prelatus eſt nō videt̄ vnq̄ꝫ fieri cū de‑
liberatione completa abſq̄ꝫ pctō mor
tali. ⁊ hoc vocat̄ ꝓprie cōteptꝰ. Ni‑
hilominꝰ aduertēduꝫ eſt diligēter. ꝙ
refert plurimū dicere aliq̄d fieri ex cō
temptu ⁊ aliq̄d eſſe cū ꝯtemptu. Sic
refert aliq̄d fieri ignoranter ⁊ aliq̄d ex
ignorātia. Dicit̄ q̄ppe fieri ex ꝯtēptu
qñ cōtemptus eſt principalis cā talis
actiōis. ſic ꝙ illo nō exiſtēte nō fieret
actio. ita q̄s operatur ex ignorātia. qñ il‑
la nō exiſtēte nullo mō fieret illud qd̄
fit. Prouenit aūt actus nōnunq̄ꝫ cuꝫ
cōtemptu vere vel interꝑtatiue. nō tñ
ex ꝯtemptu. qꝛ ꝯtemptus nō eſt in cā.
ꝫ vel īfirmitas. aut debilitas. aut igno
rantia. aut affectio vicioſa. aut libidi‑
noſa dñatur. Sicut peccat aliq̄s q̄nq̄ꝫ
ignoranter. ita tñ ꝙ nō minus operetur
qd̄ operat̄. ſi illud cog̃ſceret. ꝓpterea pa
lam eſt ignorātiā tūc nō eē cām agen‑
tē ꝫ circūſtātē. Queādmodū ꝯtingit
in ſubditis q̄ dicūt ſe ſcādāliƷari de fa
ctis ſuꝑiorꝫ. q̄s tñ ab actionibꝰ malis
nō cōpeſceret ſcādali ceſſatio ⁊ ꝑlatorꝫ
vita bona. ꝫ ita ſibi blandiunt̄. ⁊ ſuꝑ
alios querunt excuſatōes in peccatis
¶ Ex his oibꝰ nō videt̄ regula genera H
lis poſſe ſumi de diſtinctione int̄ mor
tale ⁊ veniale penes hoc qd̄ eſt eſſe vl̄
nō eſſe ex ꝯtemptu. qm̄ ſi capiat̄ con‑
temptus ꝑmo mō. non ē neceſſe oēm
actū factū ex ꝯtemptu eē mortale. dū
ſcꝫ deus aut ꝑlatus appreciat̄ minꝰ iu
ſto. ſolum venialit̄ ⁊ ex cōtemptu tali
mentit̄ aliq̄s. aut ocioſe iocat̄ vl̄ lente
reſiſtit ꝑmis motibꝰ. Silr̄ ex ſcd̄o cō
tēptu pōt euenire q̄ꝫuis nō ita leuiter
⁊ freqūēter. Deniq̄ꝫ actus q̄ prouenit
deliberate deliberatione ꝯpleta ex ter
tio ꝯtemptu. vt mihi videt̄. eſt ſꝑ mor
talis. H fit eñ qñ peccās attēdit ad ꝑ‑
cipientē ⁊ ad ꝑceptū eiꝰ licitū. ſiue de
us ſit ſiue ꝑlatus. ⁊ ꝓpter vilipēſionē
⁊ aſpernationē ꝑcipiētis ſuiq̄ꝫ ꝑcepti
aſſurgit effrenate ad actū talē facien‑
dum vel omittendū. Alioq̄n nō factu
rus vel nō omiſſurus. Hoc ꝓprie eſt
agere ex contēptu tanq̄ꝫ ſi dicat. vt ali
qui. Ego in deſpectū veſtri. ⁊ qꝛ ſic ꝑci
pitis agā oppoſitū. hec Cancel̄. pariſi
enſis de gerſo. Ad idē ē Tho. vt ſ̄. ꝑ‑
cepto. j. de ſuꝑbia. Satis etiā ꝯcorda‑
re videt̄ Humbertꝰ ſuꝑ li. ꝯſtitutionū
vbi addit ꝙ maioritas ⁊ minoritas cō
temptus inſurgit ex multꝫ. Aliqñ ex
magitudie rei cōtēpte. aliqñ ex nume
ro contēptorꝫ. aliqñ ex cōtēnentis ma
gis debita ſubiectione. aliquando ex
actus intenſione. aliquādo ex frequē
tia. aliquādo ex obſtinatione. aliquā‑
do ex contēnentis modicitate. Eſt au
tem differētia inter negligētiam ⁊ cō‑
temptum ſm̄ beatū Bern̄. quia negli
gentia eſt languor inertie. ſed contem
ptus eſt tumor ſuꝑbie. ¶ Quo ad ter I
tium ꝑncipale q̄le ſit pctm̄ iobediētia
Rñdet Vlricꝰ li. vi. tractatu. iiij. In‑
obediētia exhibita ꝑlato nō eſt ſm̄ ſe
mortale pctm̄ niſi ſit cōtra ꝑceptū eiꝰ

quia ipſe prelatus iō mandatū3 tēpe-
rat. q2 non vult ſubditū ꝓ qualibet le
ui cauſa exponere diſcrimini morta-
lis peccati. Diximus aūt ſm ſe. quia
ex animo nō obedientis ſimplici mā
dato pōt hoc fieri mortale pctm̄. ſcilz
cū hoc facit ex tali contemptu aucto-
ritatis ꝑlati ꝙ intendit ei nō obedire
etiā ſi ꝑciperet id qđ mandat.

Sequitur ſecundum preceptū3.

Capitulum. I.

PReceptum ſecundū eſt. Non aſſu
mes nomen dei tui in-
uanum. Nō em̄ habe-
bit deus inſontem. q̄ aſſumpſerit no-
A men eius fruſtra. Circa qđ ponent
quinq3 capitula. Primū eſt de intelle
ctu verborū huius ꝑcepti in generali.
ꝛ de iuramēto licito. Alia vero erunt
de modis hoc ꝑceptum tranſgredien
B di. Circum ad ꝑmum notandū ſm
Tho. ſcđa. ij. q. cxij. Et ſm Alexand.
de hal. in ſuo. iij. diſ. xxxvij. ꝙ non eſt
intelligendū hoc preceptū3 ſolum de
hoc nomine deus. ꝙ illud nō ſit inua
num aſſumendū. ſed eſt intelligendū
de omni nomine per qđ rōnali menti
deus innoteſcit ſicut ſunt illa noīa cre
ator. redemptor. gubernator mundi ꝛ
ſimilia. Nō em̄ differt ꝑ qđcunq3 no-
men dei ꝑiurium cōmittat. Nomini-
bus quippe dei debetur reuerētia ex
parte rei ſignificate que ē vna. nō autē
ex ꝑte vocū. Jō dicit in ſingulari. Nō
aſſumes nomē dei tui in uanū. Se-
C cūdo notandū ꝙ ibi nō prohibet oīs
aſſumptio diuini nomis. quia illa po
teſt multis modis benefieri. vt in ora
tionibus. dei laudib9 ꝛ bñdictionibus
eccleſie. ac exorciſmis. ꝛ in ſermonib9
Nec ꝓhibet hic oīs iuratio ꝑ nomen
dei. q2 illa pōt etiā m̄ltis modis bene
fieri. S3 hic ꝓprie ꝓhibet vana aſſum-
ptio diuini nominis. que fieri poteſt
vana ſm Tho. vbi prius dupl'r. Vno
modo ſm ſeipſam. ſ. q2 non habet fir
mamentū veritatis. vt qñ q̄s falſū3 iu
rat que iuratio ē hic ꝓhibita. ꝛ ꝑncipa
liter ē ꝑiuriū ꝛ pctm̄ mortale. vt dicet
Et hoc volūt gloſe. ſ. Exod. xx. ſuper
hoc ꝑcepto. que dicit. Nō aſſumes. ſ.
iurādo ꝓ nihilo. Scđa Deut. v. Nō
aſſumes ſc3 iurādo ꝓ re q̄ non ē. Se-
cūdo dicitur aſſumptio diuini nomis
vana ex ꝑte iurantis. vt qñ q̄s iurat ve
rum ꝛ tñ ex leuitate ꝛ ſine iudicio diſ-
cretionis. ꝛ tūc licet nō ſit ſemꝑ pctm̄
mortale. ē tñ ſemꝑ pctm̄ ꝛ diſponit ad
lapſum ꝛ ꝑiuriū. Tertio notandum ꝙ
dei nomē valde honorifice ē tractādū
ꝓpter cauſas recitatas primo ꝑcepto
circa finē in tertio precepto ꝑticulari.
Et qñ aliter fit. ꝑ̄uiter peccare ꝯtingit.
Addit aūt huic ſicut ꝛ ꝑmo precepto
pena. Jō q2 ad ea ad q̄ hoīes ꝓni ſūt.
pene tāq3 medicine addende ſunt ſm
ꝑhm. iij. Eth. Ad idolatriā aūt proni
fuerunt iudei. q2 inter vel circa idola-
tras degebant. Ex lingue etiā lubrici
tate homines proni ſunt ꝑiurare. Jō
dicit. Non em̄ habebit de9 inſontem
qui aſſumpſerit nomē eius fruſtra.
Dubitat primo an licitū ſit iurare. D
Rñ. Tho. ſcđa. ij. q. lxxxix. Et ſm ali-
os doctores cōiter ſup. iij. diſ. xxxix.
Juramentū ſm ſe nō ē malū. ſed pōt
eſſe licitū ꝛ honeſtū. Patet ꝑ Deut.
vj. Dñm deū tuū timebis ꝛ ꝑ nomen
eius iurabis. Jte3 apl's iurauit in epi-
ſtolis ſuis. ij. Cor. j. Ego deū teſtē in-
uoco in aiam meā. Ro. j. Teſtis ē mi-
hi de9 cui ſeruio. Secūdo ad idem eſt
Aug9. li. ꝯ mēdaciū. ꝛ i ſmone dñi in
mōte ꝛ i ſmōe de vbis apl'i. Tertio p3
ex bono origine iuramenti ꝛ fine. Jn
troductū em̄ eſt ex vera fide q̄ credunt
hoīes hr̄e infallibilē veritatē deū ꝛ vni
uerſalē oim cognitionē ꝛ preuiſionē.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN